





LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921

DE GENTE HONESTIA

di Marco Fantuzzi






CAESENAE

MDCCLXXXVI.









VIRIS PRINCIPIBUS

ALOYSIO ET ROMUALDO

BRASCHIIS HONESTIIS

MARCUS ELEPHANTUTIUS


Inter multa monumenta, quae tribus ab hinc annis a nostris Ravennatibus tabulariis pulvere sor-

didus educo, non ita pauca generosam Gentem vestram vel pertingunt, vel certe pertingere possunt. Chartarum omnium hujusmodi magna vis, quae mihi adhuc congerenda superest, pleraeque etiam observationes, quas chartae ipsae postulare videntur, nullam mihi potestatem faciunt hanc collectionem quanto ocyus in lucem proferendi. Quo circa optimum esse ego statui, ut monumentorum, quae ad Gentem vestram pertineant, aut pertinere possint, hunc Libellum Indicem vobis offerrem, qui saltem vestrae gentilis Histo-

riae Scriptoribus interea materiam, ut opinor, satis luculentam sufficere posset. Quod tamen ut melius fieret, plurima alia etiam Tabulariorum edita monumenta, & multa quoque ex Sarsinatibus, & Caesenatibus Tabulariis inedita, quae diligentissimus vir Franciscus Agusellius Caesenatium Antistes subministravit, eamdem Gentem vestram aeque exornantia, huic ipsi Libello Indici adiicienda putavi. Haec autem omnis monumentorum congeries non nuda, sed brevibus meis notis illustrata prodibit. Denique plurima Testimonia Scripto-

rum

rum de eadem Gente vestra a me quoque conlecta hic integra profe-rentur, & opus omne claudentia lu-cem monumentis ipsis, vel prae-stabunt, vel accipient. Si hanc di-ligentiam esse, vos PRINCIPES *VIRI judicaveritis, si opellam me-am boni consulueritis, satis mihi placuisse putabo. Datis ex Gual-do nostro Idib. Dec.* MDCCLXXXV.



MONITUM.

Cum solemne omnibus Scriptoribus sit, ut priusquam opus aliquod aggrediantur, de operis ipsius ratione disserant, rerum distributionem exponant, quaeque hinc deducenda sint indigitent, operae pretium futurum duximus, si et nos paucis haec omnia traderemus. Primum ergo Lectores monitos volumus, hoc non fuisse nobis propositum, hujusce Gentis vel absolutam historiam, vel stemma ad nostros usque dies productum exhibere, sed tantum aliquot monumenta hisce rebus lucem praeferentia quae pro nostris viribus undique congessimus, haud fucata proponere.

Quo circa hoc in opere Tabulariorum monumenta, Auctorum dicta, animadversiones perpaucas, & ab ipsis monumentis sponte sua profluentes, verba paucissima afferemus; ita ut Gentis istius nobilitas, non a nostris laudibus, sed a rerum ipsarum simplici enarratione proficisci videatur.

Monumenta non integra, sed unas eorumdem summas, ita ut tamen nihil, quod ad rem nostram pertineat, fuerit in hisce summis omissum, eodem ipso monumentorum stylo, & orthographia expressas tradidimus. Sylloges hujus brevitas id omnino postulasse videtur.

Quan-

Quandoque forsan Auctorum aliquis, cujus testimonio usi fuimus, emendationem desiderabit; sed cum nobis Honestiae Gentis unum elenchum concinnare in animo fuerit, huiusmodi per se satis longa judicia, castigationes, censoriasque notas officii nostri putavimus non esse.

Plurimi Auctores cum antiqui, tum recentes meritis laudibus Gentem Honestiam prosequuti sunt. Ex antiquis principes viri clarissimi, Johannes Boccatius, Benvenutus Imolensis, Desiderius Spretius, Vincentius Carrarius, Hieronymus Rubeus, aliique recensentur.

Cum vero Gentis istius origo densissimis circumsepta tenebris hominum scrutationibus non pateat, hinc fit Auctores diversum esse opinatos, quamvis consentiant omnes eam a Ravennatibus Ducibus omnino manasse, quorum nominibus Ravennates chartae ab octavo Christiano saeculo usque ad decimum tertium propemodum scatere videntur.

Et profecto Honestios Duces fuisse certissimum est, quod quidem haud parvi faciendum. Sed id pluris etiam faciendum esset, si liqueret Duces omnes Ravennates ab uno Parente progenitos. Tunc enim facile Honestiae Gentis initium a Forojuliensibus, vel a Beneventanis Ducibus, vel a Longobardis Regibus deduceretur. Tamen nec paucis, nec infirmis argumentis innituntur illi, qui veri simile esse affirmant, omnes Ravennates Duces ab uno Gentis Principe descendisse. Nos ipsi indicia multa sententiam hanc adjuvantia, & nonnullorum Auctorum etiam, praesertim vero Ludovici Antonii Muratorii, judicia depromemus.

Constat quoque Honestios antiquitate Gentis praestasse inter Ravennates Patricios, eorumque nomina in vetustioribus chartis frequentia esse, amplissimisque honoribus semper eosdem usos. Nec minus verum est, eosdem Honestios Oppidorum, Arcium, & Castellorum imperio polluisse; belli pacisque munia saepissime obiisse; bonis, divitiis, latifundiis abundasse. Eruuntur haec omnia ex certissimis monumentis, scilicet vetustissimis chartis ex

Tabu-

Tabulariorum situ in lucem prolatis, Auctorumque complurium locis, quae omnia Honestiorum nobile genus rerum gestarum enarratione, summisque laudibus praeclarum reddunt.

Multarum, illustriumque familiarum etiam propinquitate Honestia Gens claruit. Prae caeteris potentia, & Nobilitate fulgent Traversaria, Polentania, Malatestia, Ordelaffia, Faggiolia, Brettinoriana, Carpinea, Martinellia, & Accarisia. Multae quoque opulentae, ac celebres familiae ab Honestia Gente progenitae sunt, ut monumenta Auctoresque testantur, quarum e numero sunt Alidosia, Saxia, Dusdea, Brettinoriana, & Tibertia.

Complures etiam praeclaros viros hujus Gentis adnotavimus, & multa scitu digna, praesertim de Divo Romualdo, & de Beato Petro Portuensi hisce scriptis mandavimus. Conjecimus pariter ex frequentiori, diutinoque usu praenominis Honesti, Honestiorum gentile nomen oriri facile potuisse.


De Honestiorum expulsione ab Ravenna pauca habemus; nam illa expulsio cum Traversariorum excidio, cum exoriente Polentanorum tyrannide, caeterisque Aemiliae tumultibus ita commiscetur, ut difficile fuerit tot, tantasque res hac brevi sylloge complecti. Illud certum est Honestios Traversariorum factionem sequutos, poenae etiam participes fuisse.

Enim vero id haud dubitanter asserere audemus eorumdem monumentorum copia, & auxilio tuti, Caesenatem Honestiam Gentem, ipsam Ravennatium Honestiorum esse Gentem, quae medio saeculo Christiano decimo tertio Ravenna extorris in sua primum Castella se receperit: hinc labente saeculo decimo quinto Ariminum migraverit; demum ineunte saeculo decimo septimo Caesenam se transduxerit; ibi Castella aliquot aviti imperii partem ad haec usque tempora retinuerit; domum, & agros etiam ante migrationem possederit, & possideat. Gentem dico ipsam Honestiam Caesenatem, quam melioribus omnibus auspiciis Romam nunc tandem evocatam videmus.

 Eadem

Eadem vero monumenta testantur Honestios Caesenates pro splendore generis vixisse; cum nobilioribus Ariminensibus, Caesenatibus, Foroliviensibus, Faventinis familiis cognatione junctos; & Nobilium Virorum, Comitum, aliorumque honorum nominibus semper ab ipsa Gentis migratione ornatos fuisse.

Sed omnia haec, quae in Opella nostra expositури sumus, index appositus facilius patefaciet.



NO-



NOTABILIA GENTIS HONESTIAE

QUAE

IN HOC LIBELLO CONTINENTUR

ACTA.

Mona-

B O N A.

In Agro Ariminense. Num. 4. 11. 57. &c.

——— Bobiense, & Feretrano. Num. 7. 25. 106. 130. 142. &c.

——— Caesenate. Num. 118. 170. 190. 247. &c.

——— Castri Cesubei, sive Brettinorii. Num. 64.

——— Ficoclense. Num. 3. 26. 90. 96. 113. 117. 126. &c.

——— Fanense. Num. 19. 27.

——— Faventino. Num. 6. 9. 46. 103.

——— Liviense. Num. 21. 56.

——— Pisaurense. Num. 12. 27.

——— Ravennate ad Badarenum. Num. 16. 22. 108. 123. &c.

—————— Bedentem. Num. 68. 74. 104.

—————— Mare. Num. 68. 70. 167. &c.

—————— in Casale. Num. 26. 120. 128. 129. &c.

—————— Classe. Num. 1. 26. 60. 68. 74. 82. 104. 108. 115. 148. 167. &c.

—————— Palatiolo. Num. 71. 148. 168.

—————— Stadiliano. Num. 108. 115. 134. 175. 176.

—————— Plebatu S. Cassiani in Decimo. Num. 10. 26. 28. 102. 115. 167. &c.

————————— S. Laurentii in Vado Rondino. Num. 26.

————————— S. Petri in Quinto. Num. 112. 124.

————————— S. Petri in Cerito. Num. 26. 118.

————————— S. Petri inter Silvas. Num. 46. 103.

————————— S. Stephani in Pisignano. Num. 113. 117. 176. 178. 195. &c.

————————— S. Zachariae. Num. 26. 116. 118. 119. 120. 125. 128. 129. 132. 135. 140. 147. 175. 176. 177. 201. &c.

In

DIGNITATES. MUNERA. TITULI.

Nota-

DOMINIA. JURISDICTIONES.

Pe-

FAMILIAE EJUSDEM GENTIS HONESTIAE.

LAUDES

LAUDES HONESTIIS DATAE

ET EADEM AUCTORUM LINGUA RELATAE.

ANtica, e nobilissima famiglia. Num. 424.
Antiqua servitus, quam homines dicti Castri habuerunt semper erga illos de stirpe praedicta. Num. 188.
Antichissima Famiglia. Num. 398.
Antichissimo sangue di Personaggi grandi. Num. 360.
Assai Nobili, e gentili Uomini. Num. 286.
Casato assai riguardevole. Num. 361.
Celebre, nobilissima, e titolata Famiglia. Num. 258.
Chiara per la nobiltà del sangue, e per la gloria de' maggiori. Num. 423.
Civis nobilissimus Ravennas, & Caesenas. Num. 341.
Clara ex familia de Honestis. Num. 287. 289.
Clarissimi, omni laude, atque gloria digni. Num. 288. 295.
Degli Optimati. Num. 316.
De quorum antiquissima possessione non extat memoria. Num. 165.
Ex Regali genere. Num. 396.
Ex vetere, & nobili Ducum Familia Ravennate, quae item Honesta, & Aunesta dicebatur. Num. 343.
Fra le più chiare Famiglie d' Italia. Num. 390.
Gloria, & divitiae in Domo ejus. Num. 416.
Gubernatores Ravennae saepius fuere. Num. 345.
Insigni rerum magnificentia, Aulaeque splendore degebat. Num. 321.
Magnam Curiam tenebat = tanta Domina. Num. 263.
Magnificus, & generosus. Num. 208.
Militari virtute apud omnes clarus. Num. 328.
Multas dignitates quibus potiti sunt. Num. 345.
Multi de Italia convenerunt Principes, inter quos = Rainerius de Ravaldino cum sua forcia. Num. 265.

 Nobi-

NOMINA.

Grego-

q. Pe-

q. N.

an.

OPINIONES, ET INDICIA
DE ORIGINE HONESTIORUM

Duces

Duces Ravennates ab uno Patre descendunt. Num. 10. 26. 400. 401. 431. &c.

Praedia Honestiorum in iisdem locis, ubi praedia habebant *JO: DUX* Patruus Jo: Ducis, & frater Ursonis Ducis. Num. 1. 26. 60. 68. 74. 82. 104. 108. 115. 148. 167. &c.; *MARTINUS DUX*, & Ingelrada ejus uxor. Num. 10. 26. 90. 120. 128. 129.; *TEPALDUS* fil. Leonis de Duce Ursone. Num. 3. 26. 90. 96. 113. 117. 126. 142. 154. &c.; *HONESTUS DUX*. Num. 22. 25. 106. 130. 142. &c.; *ALII DUCES*. Num. 22. 26. 28. 30. 60. 70. 72. 74. 83. 90. 91. 108. 110. 115. 119. 120. 125. 157. 160. &c.

PROPINQUITATES.

Accarisii de Faventia. Num. 153. 154. 380.

Agusellii de Caesena. Num. 170. 176. 196. 242. 243. 348.

Alidosii de Ravenna, Domini Imolae, &c. Num. 324. 357. 363. 368. 421. 422.

Almericii de Caesena. Num. 251. 260.

Argogliosii de Forolivio. Num. 177. 195.

Arcanii de Caesena. Num. 255.

Bandii de Caesena. Num. 262.

Beccarii de Caesena. Num. 250.

Bernardinii Co: Massae de Caesena. Num. 253.

Bertuzzolii de Caesena. Num. 241. 248.

Braschii de Caesena, olim de Alexandria. Num. 241. 257. 261.

Brettinorii Comites. Num. 40. 101. 371. &c.

Carpigni Comites. Num. 176. 317. 318. 339.

Castri Fenoci Domini. Num. 285.

Cazzanemicii de Faventia. Num. 208. 384.

Dusdei de Ravenna. Num. 67. 148. 431. &c.
Ectorii, sive Fattibonii de Caesena. Num. 223.
Enricus Marchio. Num. 304. 381.
de Exemptis, sive de la Salsa de Arimino. Num. 215. 217.
de Fazola de Civitate Castelli. Num. 166.
Fontanii de Ferraria. Num. 167. 175.
Frajapanes de Urbe. Num. 99. 101. 105.
Galeffii de Caesena. Num. 252.
Gualaguinii de Caesena. Num. 246.
Guidii Thusciae Palatini. Num. 12. 17. 263. 293. 321. 323.
Malatestae. Num. 122. 300. 354. 377.
Monaldi de Arimino Domini Montis Taxorum. Num. 218. 219. 220.
Martinellii de Caesena. Num. 212. 213.
Montis Petrae Domini. Num. 130. 131.
Ordelaffii de Forolivio. Num. 165.
Parcitadii de Arimino. Num. 425.
Polentanii. Num. 137.
Saxii de Arimino. Num. 209.
—— de Ravenna. Num. 7. 24. 69. 72. 108. 115. 135. 148. 345. 359. 424. 431. &c.
Tibertii de Caesena, olim de Ravenna. Num. 61. 71. 72. 73. 102. 108. 128. 129. 148. &c.
Traversarii. Num. 30. 137. 286. 287. 376. 379. 382. &c.

SCRIPTORES DE HONESTIIS LOQUENTES.

AMadesius. Num. 426.
Annal. Camaldulen. Num. 417.
Annal. Forolivien. Num. 281.
Antoninius. Num. 346. 347. 349.
Augustinus Ticinen. Num. 289.

Ben-

MISCELLANEA.

Stem-

Stemma Gentis Honestiae a Francisco Agusellio Caesen. Episc. confectum. Num. 434. 435.

Tabularia Raven. plurima, copiosa, & nondum integre cognita; Num. 172.



TABU-

TABULAE.



INDEX



INDEX MONUMENTORUM
GENTIS HONESTIAE

NUM. I.

Saviolius Ann. Bo. Vol. I. part. II.

An. 751. Febr. 10.

In Monasterio Nonantulano. Urſo Clericus Civitatis Ravenne donat Anselmo Abati Nonantulano medietatem de hereditate quondam genitoris sui Johannis Ducis Civitatis Ravenne in finibus Classiensis, Ravenne, Faventie, Comiacli, & in Comitatu Motinensi, vel Bononiensi, & Curtem suam Castellioni.

Honestii, qui certe Duces fuere, quam plurima bona saeculo decimo, & sequentibus habuerunt in finibus Classis. Num. 26. 60. 68. 74. 82. 104. 108. 115. 148. 167.



NUM. II.

Muratorius Antiq. Med. Aevi Diss. XXI.

An. 776. Martii *6.*

Johannes illustris Dux, & Ursa Ancilla Christi ejus Soror inter alia donant Monasterio Nonantulano, in loco Castellioni Curtem Verdeta, que per donum Serenissimi Aistulfi Regis obvenit Ursoni Duci eorum Genitori.

Pluribus indiciis videntur Joannes, & Urso Duces fuisse de eadem familia Ursonis Clerici Ravennatis filii alterius Joannis Ducis, ut admonuit cl. Senat. Saviolius Num. 430. *Muratorius Num.* 400. *opinatus est hunc Ursonem Ducem Avum fuisse Ducum Ravennatum, qui postea in Ravennate historia occurrunt. Si Honestii Duces fuerunt, & ex Ducibus descenderunt, ut certo constat, poterat idcirco Urso Dux & Honestiorum esse Avus. Ita, licet non expresso nomine, & de Honestiorum origine Muratorius judicasse videtur.*

NUM III.

Ex Tabulario Archiepis. Raven. in Cod. Bavar. ex dono Eminentiss. Garampii pag. 19.

An. 8. .

Petitio Tepaldi filii Leonis de Duce URSONE ab Ecclesia Raven. de pluribus bonis in Territorio Ficoclensi & de fundo CASTELLIONE.

Honestii possidebant etiam in Territorio Ficoclensi. Num. 26. 90. 96. 113. 117. 126. *&c. & a fundo Castellione ejusdem agri forsan originem traxit denominatio Castrileonis ad Honestiorum dominationem pertinentis. Num.* 113. 117. 126. 142. *&c.*

NUM. IV.

NUM. IV.

Ex Tabulario Archiep. Rav. in Cod. Bav. pag. 4.

An. 820. circiter.

PEtitiones HONESTI Tribuni, & Marie Jugal. a Petronace Archiepiscopo de pluribus fundis in Territorio Arimini prope flumen Use.

Plura exempla habentur in Chartis Ravennatibus familias certe Ravennates multa bona possedisse extra Agrum Ravennae. Num. 10. 29. 96. 101. *&c.*

NUM. V.

Ex Tabulario Archiep. Raven. Caps. F. Num. 2085.

An. 834. April. 22.

PLacitum Theodori Episcopi, & Missi S. Sedis Apostolice, & Witgeri Episcopi S. Tav...... Ecclesie Missi D. Imperatoris in finibus Civitatis Gravelli, in Villa, que nuncupabatur Rodigo, ubi aderant SERGIUS, Michael, & GREGORIUS Duces, & alii in Causa S. Ecclesie Ravennatis, seu S. Apollenaris, contra Braningum Vassum D. Imperatoris super fundos Lauriano, Decimo, Scandiano, & Cecuniano in Territorio Adrianensi.

Fortasse Gregorius Dux est pater Martini Ducis viri Englaratae, vel Engelradae, de quibus infra dicetur; & Sergius Dux etiam pertinere potest ad Gentem S. Romualdi, & Honestiorum.

NUM. VI.

Annal. Camaldul. Tom. I. Append. pag. 13.

An. 855. Martii 7.

Apud Ecclesiam B. Apolenaris Sitam non longe ab Urbe dudum Classe. Gisulfus filius quondam Romualdi Ducis donat D. Johanni sanctissimo, & Coangelico Archiepiscopo, & Successoribus multa bona in Territoriis Bononiense, Corneliense, & Faventino. Subscribunt Romanus Dux, Atilingo quondam Atiliani, Johannes filius Gregorii Dativi, Vitalianus illustris Consul, & Vitalis filius Sperindeo.

Non dubitarunt Annalistae Camaldulenses, quin Gens S. Romualdi pertineret ad Gisulphum, & Romualdum Duces, & hi, ad Duces Beneventi. Num. 417. *Hinc auctoritatem adjunxerunt opinioni P. Collinae Num.* 406. *aliorumque, a Muratorio laudatae Num.* 401. *nimirum S. Romualdi gentem a Ducibus Beneventanis, & Forojuliensibus descendere. Si eadem fuit Gens S. Romualdi, & Honestiorum, ut infra dicetur Num.* 229. *disquisitiones, & monumenta ad originem unius spectantia, aeque ad alteram spectant.*

NUM. VII.

Ex Tabul. Arch. Rav. in Cod. Bavar. pag. 57.

An. 860. circ.

Petitio Honesti gloriosi Ducis, & Rodelinde Ducarisse eius iugalis, ab Ecclesia Raven. de pluribus bonis constitutis in Territoriis Feretrano, & Bobiense.

In memoratis Agris Bobiense, & Feretrano Honestii habuerunt conspicua bona, & plura Castra, & Jurisdictiones.

Num.

Num. 25. 106. 130. 142. *&c.* *& Canonicus Saxius asseruit. Num.* 345. *circa haec tempora Saxios, & Honestios habuisse Castrum Montis Saxi in Comitatu Bobiense. Certe Honestii praeter caetera habuerunt etiam dominium Castri Montis Saxi. Num.* 142. 154. 159. 161. 186. 187.

NUM. VIII.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. L. Num. 5055.

An. 882. Julii 26.

HONESTUS Notarius S. Ravennatis Ecclesie rogatur de concessione nomine libelli facta a D. Beatissimo Romano Archiepiscopo Raven. Martino, & Stefanie jugalibus de fundo Tausuria in Territorio Liviensi Plebe S. Cassiani in Casatico.

In Tabulario Archiepiscopali Raven. plures existunt membranae signatae ab Honesto Notario S. Ecclesiae Ravennatis usque ad annum 912.

NUM. IX.

Ex eodem Tabular. Caps. F. Num. 2071.

An. 889. Novembris 10.

IN Curte, que dicebatur Acxigata. Domina Engelrada gloriosa femina Ducarissa Coniux D. MARTINI misericordia Dei Ducis concedit livellario nomine Gregorio, & Dominisie jugalibus Tornaturias triginta in Massa Prata Territorio Faventino Plebe S. Johannis in Acxigata.

Plura de Martino Duce in Chronicis, & Historiis. Vin-

centius

centius Carrarius J. C. Ravennas a Rubeo laudatus, aliique asseruerunt Martinum Ducem de Honestiorum Agnatione. Num. 291. 293. 321. 365. 390. 410. 422. &c.

NUM. X.

Muratorius Antiquit. Med. Ævi Dissert. V.

An. 896. Septem. 8.

AMplissima donatio Ingelrade filie Apaldi Comitis Palatii Petro venerabili Diacono S. Raven. Ecclesie dulcissimo, & suavissimo filio suo tam de bonis propriis, quam de jure Testamentario quondam MARTINI gloriosi Ducis, & suavissimi viri sui. Inter alia comprehenduntur in donatione Curtes Mutiliana, Acxigata, Cassanicus &c. in Territorio Faventino, usque ad jugum Alpium finibus Tuscie; AURELIACUS que quondam vocabatur de Tansillo, in Territorio Liviense plebe S. Pauli DUCATUS TRAVERSARIE; CASALE in Territorio Ravennate IN DECIMO PLEBE S. CASSIANI; Monasteria S. Eufemie, & S. Thome in Civitate Arimini; Similiter in Comitatu, & Ducatu Cumiaclo, in Comitatu Gavello, & Ferrariense; domum & Monasterium in Civitate Ravenne, quod vocabatur Ferrato, & domum prope Ecclesiam B. Petri Majoris; Mansiones foris portas S. Victoris; prata ultra flumen Teguriense &c. excepto Casale in Territorio Cumiaclo, & quatuor........ que fuerunt quondam GREGORII DUCIS Soceri sui, & Curte Bubano &c. Ravenne: Subscribunt Natalis Dei pietate Dux, Petrus divino nutu Dux, & Judex &c.

Hinc dignoscitur Martinum Ducem filium fuisse Gregorii Ducis. Non integrae executioni mandata fuit haec donatio, ut admonuit etiam cl. Amatius in Diss. de Castro Mutilo. Petrus Diaconus omnia haec profecto donavit Ecclesiae Ravenna-

venna-

vennati. Num. 36. Sed tamen alia Ingelrada filia Martini Ducis habuit Mutilianam. Num. 263. 293. 321. &c. Petrus Dux donavit Curtem Aureliacus, & partem Curtis Casale Monasterio S. Apollinaris novi. Num. 26., & Honestii habuerunt bona in Casale plebe S. Cassiani Num. 26. 120. 128. &c. Nonnullae conjecturae hac de caussa oriri possunt, aut circa Honestiorum originem a Martino Duce, aut circa agnationem familiarum.

NUM. XI.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. Q. Num. 8701.

An. 903. Julii 26.

RAVENNE. Petrus gratia Dei Venerabilis Diaconus S. Ravennatis Ecclesie filius quondam bone memorie D. MARTINI COMITIS concedit Emfiteuticario jure Benedicto, & Marie jugalibus fundum Valiano, & Liargo plebe S. Inocentie, & alia bona, que per comparationis tabulam aquisivit D. Ingelrada supradicti Comitis Uxor, & genitrix sua.

De Ducibus, & Comitibus multa, & nova Sapienter observavit cl. Annibal Oliverius = Mem. di S. Tom. in Foglia = Certe in Chartis Ravennatibus plures nunc titulo Ducis, nunc Comitis, & quandoque simul Ducis, & Comitis occurrunt.

NUM. XII.

Oliverius = Memor. di Gradara.

An. 909. Septembr. 12.

RAVENNE. D. Ingelrada Dei nutu Comitissa filia quondam D. Martini Comitis concedit livellario nomine Adam illustri viro filio

filio quondam Miltesi ex genere francorum Monasterium S. Ermetis in Territorio Pensaurense Plebe S. Christophori.

Videtur haec Ingelrada ea esse, de qua Tolosanus, Rubeus, Carrarius, aliique, Uxor Teutigrimi Thusciae Palatini, ex quibus Comites Guidii descenderunt. Num. 263. 293. 321. 432. &c.

NUM. XIII.

Ex Tabular. Archiepis. Raven. Vol. XXXVIII. 3.

An. 921. Martii 14.

Joannes Papa X. donat HONESTO Archiepiscopo Raven. Massam Campilio Territorio Gavellensi inter flumen Adicem, & Pado.

Annalistae Camaldulenses, & Amadesius publicarunt hanc Chartam ad probandum duos fuisse Ravennae Archiepiscopos nomine Honestos.

NUM. XIV.

Muratorius Antiq. Med. Ævi. Tom. II. pag. 969.

An. 921. Maii 9.

IN Massa, que vocabatur Fiscalia. Placitum Odelrici Missi Imperialis, & HONESTI Archiepiscopi Ravenne, in quo statuitur homines Masse Fiscalie subiectos esse debere eidem Archiepiscopo.

Ignotus fuit iste Archiepiscopus nostris historicis, unde eorum opinio, qua Honestum Archiepiscopum ex Honestiis fuisse contendunt, spectat ad alterum posteriorem Honestum. Amadesius Num. 426. hunc etiam de gente Honestia suspicatus est,

est, & detecto hoc novo Archiepiscopo amovit quaestiones, & dubia de aetate S. Romualdi.

NUM. XV.

Federicius Cod. Pomposian.

An. 932. Aprilis 18.

ONESTUS Subdiaconus Civitatis Ravenne, & Abbas Monasterii S. S. Johannis, & Barbatiani concedit enfiteuticario iure Ugoni, & Berte clarissime femine bona in fundo Monasteriolo, & in Plebe S. Marie in Tiveriaci Territorio Corneliense.

Dubitandum, an tot Honesti ad gentem Honestiam pertineant. Sed cum profecto Nomen gentile Honestiorum a pluribus Honestis nomine derivasse constet, praesertim ex Monumentis Num 102. 108. 113. 148., *hinc nec absurdum in tanta rerum antiquitate, & obscuritate suspicari de eorum Agnatione, nec alienum omnes Honestos nobis notos, quicumque sint, indicare.*

NUM. XVI.

Ex Tabulario Monaster. S. Vitalis Raven.

An. 937. Januarii 8.

RAvenne. HONESTUS filius quondam HONESTI DUCIS donat Monasterio S. Marie in Palatiolo bona extra portam Artemeduli prope Batarenum, & Monasterium S. Marie, que vocabatur a Faro.

Margarinius publicavit hanc chartam, sed multis erroribus scatentem. Forsan Honestus Dux, de quo hic mentio, idem

est

est ac Honestus Dux possessor in Agro Bobiense Num. 7., & Jo. Honestus filius Gregorii Ducis a P. Collina memoratus. Num. 410.

NUM. XVII.

Ex Tabular. Archiep. Rav. Caps. F. Num. 2002.

An. 943. April. 20.

D. Guido Comes quondam D. ENGELRADE Comitisse, & D. Sibilia iugales cum filiis Bonememorie, & Endigrimo dederunt per emfiteusim Martino, & Berte fundum Canano. Ravenne.

Dignoscitur Englaratam Tolosani, aliorumque, filiam Martini Ducis, ante annum 943. obiisse.

NUM. XVIII.

Federicius = Cod. Pomposian.

An. 953. Octobr. 15.

IN Castro, quod vocatur Tiberiaci Territorio Corneliensi. HONESTUS Subdiaconus S. Raven. Ec. filius quondam Johannis Dativi, & Abbas Monasterii S. S. Johannis, & Barbatiani concedit Enfiteuticario iure Isenardo portionem fundi, qui vocabatur Monte Fraprietorum Castri Tiberiaci.

Aliam Chartam spectantem ad Honestum Subdiaconum Ab. S. S. Jo., & Barbatiani produxit P. Federicius ad annum 957.

NUM. XIX.

NUM. XIX.

Ex Tabular. Monast. Monial. S. Andreae Raven.

An. 953. Novemb. 17.

RAvenne. D. Maria Abbatissa Monasterii S. Martini dat per Emfiteusim JOHANNI Nobili Viro filio HONESTI, & Anne Nobili Femine iugalibus medietatem de duabus partibus de quinque unciis fundi Marsiliani, & fundi Legiani, & alias duas petias terre foris portam Anconitanam in Civitate Fanestre.

Honestus iste poterat esse idem ac donator Monasterio Palatiolensi. Num. 16.

NUM. XX.

Annal. Camaldulen.

An. 955.

RAvenne. In Synodo D. Petri Reverentissimi, & Coangelici Archiepiscopi, ubi actum est de Massa Cupario, ultra Episcopos, Abbates, Magistros militum, Comites &c. interfuerunt HONESTUS Subdiaconus filius quondam Johannis Dativus, alius HONESTUS Subdiaconus, Eleutherius filius quondam HONESTI DUCIS, ... Dux qui vocabatur de Romanus Dux, Johannes Dei pietate Dux filius quondam SERGII Ducis, & SERGIUS Nobilis Vir filius suus, Petrus Christi Misericordia Magister militum, Natalis Dux filius quondam Johannis Ducis, Petrus filius quondam Pauli Ducis, qui vocabatur de Traversaria.

Plures Sergii Duces hoc Saeculo occurrunt in Chartis Ravennatibus editis, & ineditis, unde difficile sit pronunciare quis Pater S. Romualdi fuerit. Honestus Dux tamen videtur esse idem, de quo supra dictum est.

NUM. XXI.

Ex Tabular. Archiepis. Raven. Caps. E. Num. 1857.

An. *963*.

RAvenne. Johannes Dux, & Maria, que vocabatur Marocia magnifica Femina iugales, Almericus laudabilis Vir, & Guillia Nobilissima Femina filii, Cognate, & Nurus quondam D. Johannis Ducis concedunt Paulo de Auriliago bona in Territorio Liviensi plebe S. Pancratii, iuxta Vicum, qui vocabatur de Russia.

Anonymus Historicus gentis Honestiae, circa haec tempora describit Joannem Ducem, & Almericum Num. 372. *Certe Saeculo XI., & sequentibus plures Joannes, & Almerici, aut Alberici occurrunt, qui ex Monumentis, & Scriptorum Auctoritate facile ad Honestios pertinere dignoscuntur. Num.* 37. 59. *60. 96.* 110. *&c.*

NUM. XXII.

Ex Tabular. Archiepis. Raven. Caps. E. Num. 1852.

An. *964*.

RAvenne. Sergius Clericus, & Abbas Monasterii S. Georgii foris portam Tremeduli, cum consensu Adalberti Ducis, qui vocabatur de SERGIO, concedit Deusdedit Consuli, & Ermengarde eius iugali atque Apolenari eius Tribuno in una medietate, & in alia medietate Paulo Duci, & Formose, que vocabatur Rocianes eius iugali duos Traversos de terra foris portam Tremeduli prope Taulam, Romualdum Ducem, & viam, quae pergebat ad S. Mariam, que vocabatur Rotunda.

Observandum agi de bonis in eodem loco, ubi triginta annos ante Honestus filius Honesti Ducis possidebat. Num. 16.

NUM. XXIII.

NUM. XXIII.

Ex eodem Tabulario Caps. Q. Num. 8808.

An. *966.* Martii 14.

RAvenne. Petrus Archiepiscopus Raven. concedit Prestabili Negociatori mansionem prope pontem Coopertum, flumen Padenna, viam, quae ibat ad S. Petrum Maiorem, & domum quondam HONESTI.

NUM. XXIV.

Ex eodem Tabulario Caps. B. Num. 411.

An. *971.*

RAvenne. HONESTUS Sacrosante Catholice Ravennatis Ecclesie Archiepiscopus concedit SASSO Viro clarissimo filio quondam Petri, & Ravenne clarissime Femine iugalibus Mansionem in Regione S. Petri maioris prope Plateam publicam, & Andream iudicem.

Carrarius, Fabbrius, aliique asseruerunt hunc Archiepiscopum ex Honestiis Num. 294. 364. 367. *&c. Sassius vir clarissimus forsan pertinet ad familiam Saxiorum, quam plurimi voluerunt eamdem esse ac Honestiorum Num.* 345. 359. 389. 390. 399. 402. 412. 424. 431. *&c.*

Num. XXV.

Ex eodem Tabulario. Caps. I. Num. 4486.

An. *972.*

RAvenne. Honestus Servus Servorum Dei divina gratia Archiepiscopus concedit Petro Duci DE HONESTO, & Martino Du-

ci

ci bona in Calbianello, Petra..... prope flumen Sapis in Territorio Monteferetrano, plebe S. Damiani.

Honestii certe possederunt Petram, Valbianum, S. Damianum, & multa bona, & Castra in iisdem locis. Num. 7. 25. 106. 130. 142. &c.

NUM. XXVI.

Ex Tabular. S. Pauli de Urbe Caps. V. Num. 1.

An. 973. Maii 11.

RAVENNE. Amplissima donatio PETRI Dei gratia Ducis, & Comitis, filii quondam Severi Comitis, consentiente Actia illustrissima Comitissa eius iugali Ecclesie S. Apolenaris novi ad substentationem regularium Monachorum ibidem ab HONESTO Sanctissimo Archiepiscopo inductorum. Inter plurima bona recensentur ea que habuit quondam JOHANNES Dux de SERGIO; item Curtis AURELIACUS, pars curtis CASALE; fundi in Plebibus S. Petri in CERITO, S. CASSIANI, S. ZACCARIE, & S. LAURENTII IN VADO RONDINO; Saline in Territorio Ficoclensi, & in fundamento PORCASIANO. Et cum conditione, quod si Monasterium remaneret exinanitum, ea omnia perveniant ad suos heredes, & si non fuerint, ad propinquiores de Cognationis, sive AGNATIONIS linea descendentes. Subscribunt Lambertus Comes filius, & filiastro eorum, Andreas ex genere Magistri Militum, & Petrus filius quondam Andree ex genere Ducum.

Ex Codice Vaticano publici juris fecerunt hanc Chartam Annal. Camaldulen., sed pluribus locis discrepantem. Jam observavimus Curtes Aureliacus, & Casale possessas fuisse ab Ingelrada Uxore Martini Ducis Num. 10. Nunc observandum Petrum donatorem disposuisse de parte Curtis Casale, & Honestios in Casale bona habuisse Num. 26. 120. 128. &c., & in

in plebibus designatis, & prope bona a Petro Duce, & Comite donata. Num. 28. 90. 115. 116. 119. 120. 125. *&c. Tandem observandum Joannem Ducem de Sergio, esse potuisse Avum Petri Ducis donatoris. Sed quid dicendum de tot Ducibus? Aut Duces Civitatis fuerint, aut Rurales, aut Magistratus, aut Tituli, aut Nomina Gentium, aut haec omnia, certe innumeri fuere, ut ex tot Chartis editis, & ineditis, atque adhuc ignotis apparet, unde difficillimum eorum progeniem constituere. Potius ex pluribus auctoritatibus, conjecturis, & indiciis non extra rem suspicari possumus, saltem eorum maximam partem ab uno Patre descendere, proindeque ad unam, eamdemque gentem pertinere. Nec parvi momenti fuerit Muratorii opinio Num.* 400. 401., *qui sibi contrarius non fuit, cum Collinae opinionem adprobavit, S. Romualdum, & Honestios a Ducibus Beneventanis, & Forojuliensibus descendere, nam & Urso Muratorii poterat Luitprandi Collinae esse Frater. Immo videtur & de origine Honestiorum a Ducibus Beneventanis satis directe Muratorius judicasse. Adjungendi Muratorio, Collina, & Annalistae Camaldulenses, nec non Senator Saviolius, qui Muratorii opinionem non rejecit Num.* 431., *immo Honestios, Dusdeos, Saxios, aliosque ex una eademque Ducum Ravennatium gente clare cognovit. Reliqui tandem Carrarius, Rubeus, Antoninius, Faber, Saxius, Sansovinius, Ginannius &c., qui asseruerunt aut Honestios, & Duces; aut Honestios, & Alidosios; aut Honestios, & Saxios ad eandem pertinere gentem, Auctoritatem non modicam huic opinioni adjungunt. Si tandem perpendantur bona plurium Ducum aut indivisa, aut finitima; plures haereditates plurium Ducum ad alios Duces pervenisse; aliaeque non leves conjecturae adjungantur, non inverisimile hoc pronunciandum. Forsan ex Chartarum jam editarum cum ineditis & adhuc ignotis comparatione dabitur nobis facultas aliquando melius de hoc disserendi.*

NUM. XXVII.

NUM. XXVII.

Amades. Chronot. Antist. Raven. To. II. pag. 191.

An. 973. Augusti 1.

RAvenne. HONESTUS Archiepiscopus concedit Emfiteuticario modo HONESTO Nobili Viro filio JOHANNIS, & Marie iugalibus bona in Territorio Fanestre, & Pensaurense. Subscribunt Andreas ex genere Magistri Militum, Romanus Consul, & Andreas ex genere Ducum.

Joannes pater Honesti Nobilis Viri videtur idem esse, ac Joannes nobilis vir filius alterius Honesti, de quo supra dictum. Num. 19.

NUM. XXVIII.

Ex Tabular. Archiep. Rav. Caps. E. Num. 2379.

An. 974. Aprilis 6. 9.

RAvenne. HONESTUS Sacrosancte Catholice Raven. Ecclesie Archiepiscopus Pater patrum concedit Petro de AUNESTO EX GENERE DUCUM suisque filiis, & nepotibus decem uncias duorum fundorum Felecti, & Campiliani Territorio Ravenne in decimo, plebe S. Cassiani. Subscribunt plures Consules.

Abbas Ginannius legit in Membrana Aunesto; Amadesius Augusto. Nos clare legimus Au....., reliquae literae abrasae sunt.

NUM. XXIX.

NUM. XXIX.

Ex eodem Tabulario. Caps. F. Num. 2350.

An. 975. Novemb. 9.

RAvenne. HONESTUS S. Ecclesie Raven. Archiepiscopus concedit Joanni, Rodulfo, atque Ragimberto Consulibus filiis quondam bone memorie Joannis Consulis, qui vocabatur de Amoneta, seu filiis, & Nepotibus eorum sex uncias fundi Bucenani prope Sculca, Titiano, Sivitiano, & S. Laurentio in Monte, Territorio Ariminense, plebe S. Laurentii in Monte, & prata prope stratam publicam, jus Monasterii S. Gaudentii, litus maris, & bona, que fuerunt quondam INGELRADE constituta non longe a Monasterio S. Gaudentii, nec non duas domos, cum tertia parte Balnei, cum vaso, & fistula sua &c. cum omnibus sibi pertinentibus a Fluvio Teguriense usque ad Capitulium in Civitate Ravenne iuxta pontem Augusti. Subscribunt Leo, Rambertus, & Sergius Consules.

Et innumeri Consules Ravennae usque ab anno 840. *Singulare monumentum Capitolii Ravennatis, quod Capitolium ex altera posteriori Charta penes nos, magis circumscribitur. Ingelrada aut Mater, aut Filia celebre nomen etiam post eorum mortem. Praedia Ravennatium in agro Ariminensi frequentia.*

NUM. XXX.

Ex Tabulario Archiepis. Raven. Caps. F. Num. 2328.

An. 977.

RAvenne. Dom. Sanctus, & Beatissimus, atque Apostolicus Pater Patrum D. HONESTUS Sacrosancte Catholice Raven. Ecclesie Archiepiscopus concedit Petro Nobili Viro, qui vocabatur de

 Tra-

Traversaria filio quondam Pauli Ducis locum, qui dicebatur Castruciano, cum Monticello, qui vocabatur Tesello, ubi Castrum edificatum erat &c. Territorio Pupiliense plebe S. Donati, nec non locum, qui dicebatur Salectaria prope viam, que ibat da Voltera ad Castrum PETRELLA, Curtem altam, & MASSAM Territorio Sarsenate plebe S. Anastasie.

Massam & Petrellam in Sarsinate habuerunt Honestii. Num. 186. 141. Plura Monumenta, & Auctoritates de Propinquitate Traversariorum, & Honestiorum indicamus Num. 137. 286. 287. 376. 379. &c. Nec minus probabilis credenda origo Traversariorum ex eadem gente Honestiorum, aliorumque Ducum. Importunus Traversarius a secretis Theodorici Regis, & reliqua de Traversariorum antiquitate a Rubeo ex Franchinio, & Ferettio relata sapiunt fabellam.

NUM. XXXI.

Ex Tabular. Archiep. Rav. Caps. F. Num. 2354.

An. 977. Maii 19.

RAVENNE. Dom. HONESTUS Archiepiscopus concedit per emfiteusim Sergio quondam HONESTI, & Anne iugalibus Casale vocatum Campo de Ravenna in fundo Statiliano Territorio Senogallie Plebe S. Paterniani.

Facile hunc Honestum filium fuisse Joannis Nobilis Viri, & Nepotem alterius Honesti dicendum. Num. 19. & 27.

NUM.

NUM. XXXII.

Ex eodem Tabulario. Caps. F. Num. 2329.

An. 978. Maii 4.

RAvenne. Dom. HONESTUS Archiepiscopus concedit Petro Consuli, & Tabellioni, & Dominico, seu Theoderato germanis filiis Dominici Tabellionis edificium cum curte in Regione S. Petri maioris prope pontem Cipitellum, plateam publicam, flumen padenne, & ius S. Agathe, que vocabatur pitula.

NUM. XXXIII.

Ex eodem Tabulario. Caps. F. Num. 2385.

An. 978. Junii 23.

RAvenne. Dom. HONESTUS Archiepiscopus concedit Johanni, qui vocabatur Bonizo, filio quondam Vitalis vacuamentum terre ubi aliquando domus fuit, cum muris suis destructis in Civitate Ravenne in Regione, que dicebatur Caput porticus non longe a Curia, & unam Mansionem in Regione pontis Apollenaris, qui vocabatur Coopertus, prope Plateam publicam.

Alia plurima acta Honesti Archiepiscopi servantur in Tabulariis Ravennatibus, ultra ea, quae produxerunt Annalistae Camaldulen., Amadesius, aliique.

NUM. XXXIV.

Ex Tabul. Archiep. Rav. Caps. B. Num. 487.

An. 978.

RAvenne....... Archiepiscopus concedit Liutfredo filio quondam Sergii Ducis, & Giseltrude eius iugali fundum, qui voca-

batur mar....... prope fundos Julianum, Camari, & fluvium, qui vocabatur Usa, Territorio Ariminense, plebe S.......geli, qui vocabatur in Acerbuli. Subscribunt Johannes proles Andree Ducis, ONESTUS CONSUL, & Severus filius Petri Consulis.

Plures Consules Duces, aut de genere Ducum apparent in Chartis Ravennatibus.

NUM. XXXV.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. L. Num. 4771.

An. 979. Octobr. 2.

In loco, qui dicebatur Conversito Territorio Arimini. Hubertus Episcopus Liviensis tradit HONESTO Archiepiscopo viginti manentes de melioribus in Plebibus S. Laurentii in Vado Rondino, S. Petri in Trentula, & S. Pancratii ea conditione, ut si per Apostolicos S. Romane Ecclesie, aut per D. Ottonem Imperatorem, medietas de districtione Civitatis Ravenne, Comiacli, & Decimani, quam eidem Archiepiscopo tradiderat Hubertus Episcopus Liviensis, cum fratre suo Lamberto Comite detracta fuerit, possit dictus Archiepiscopus habere ipsos manentes, cum omnibus rebus, quas laborare videbantur. Inter alios subscribit SERGIUS misericordia Dei Dux. Et in notitia testium habetur Sergius Dux de Civitate Ravenna.

Amadesius publicavit hoc insigne monumentum. Sergius Dux de Civitate Ravenna esse poterat idem, qui supra dictus est Num. 31. *filius Honesti, & etiam Pater S. Romualdi. Annalistae Camaldulenses, & Collina protulerunt obitum B. Sergii ad annum* 984. *& ejus Monasticam professionem paulo ante an.* 982.

NUM.

NUM. XXXVI.

Ex Tabulario Monasterii S. Vitalis Raven.

An. 997. Januarii 28.

GRegorius Pontifex confirmat Joanni Archiepiscopo Ravenne bona, privilegia, iurisdictiones &c. Inter alia enumerantur Monasteria S. Thome, & S. Eufemie in Civitate Arimini, que per donationis paginam Ecclesia Ravennas tenere videbatur a Petro eiusdem Ecclesie Diacono filio MARTINI DUCIS, & Englarate Comitisse.

De Donatione Petri Diaconi filii Martini Ducis, & Englaratae fit mentio in aliis monumentis editis, & ineditis.

NUM. XXXVII.

Annal. Camaldulen.

An. 1001. April. 4.

INfra Claustra Monasterii S. Apollinaris in Classe. Insigne Placitum Silvestri II. Pontificis, & Ottonis Imperatoris pro Monasterio Pomposiano. Adfuerunt inter alios ROMUALDUS Abbas & Eremita, Petrus Judex filius quondam Pauli ex genere Ducis, qui vocabatur de Traversaria, Almericus filius quondam Johannis Ducis, Petrus filius Johannis Ducis, Tebertus de Atiliano &c.

Annalistae Camaldulenses suspicati sunt Romualdum Abbatem, & Eremitam esse S. Romualdum. De gente S. Romualdi aliqua observabimus Num. 229.

NUM.

NUM. XXXVIII.

Ex Tabular. Monast. Monial. S. Andreae Raven.

An. 1002. Maii 1.

Ravenne. Fridericus Servus Servorum Dei divina gratia Archiepiscopus donat Monasterio S. Andree maioris, in quo Urso erat Abbas, Ecclesiam S. Marie non longe a ponte calceato; domum in via, que antiquitus vocabatur Orbanis, cum Capella S. Marie, & Orto iuxta prefatum Monasterium, & fossam, que vocabatur Lamise, & aliam Domum, quam detinuit Paulus Diaconus de Traversaria inter fossam Lamise, & heredes quondam Guidonis de Senatore; piscariam bucelete & alia bona in Territorio Ferrariensi, eo quod disposuit illam Regularem Congregationem. Quam donationem precepit scribendam HONESTO Notario S. Ecclesie Raven.

Honestus iste Notarius idem esse poterat ac Honestus Subdiaconus, & Abbas S. S. Archangeli, & Severini, ut ex sequenti charta liquet.

NUM. XXXIX.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. G. Num. 2955.

An. 1005. Julii 24.

Ravenne. HONESTUS Abbas Monasterii S. Severini, quod erat fundatum in Regione Herculana, que dicebatur milliario aureo, concedit iure libelli Petro de Casale bona in Territorio Ravenne plebe S. Stefani in Colorito.

In Tabulario Archiepiscopali existunt chartae scriptae nomine Honesti Notarii ab anno 974. usque ad annum 1027. Observandum in pluribus Chartis Ravennatibus adjunctum fuisse titulo Notarii etiam illud Consulis, & quandoque Ducis.

NUM.

NUM. XL.

Ex Tabulario Archiepiscop. Raven. Caps. Q. Num. 9319.

An. 100..

Joannes Archiepiscopus concedit Ugoni Comiti Castrum Brettinorii, sicut tenuit Agapitus Petri Consulis Ravenne, & conventionem firmat.

Anonymus historicus gentis Honestiae, aliique non dubitarunt Comites Brettinorii ex Honestiis descendere Num. 371. *Certe ex Charta anni* 1144. *Num.* 101. *hujusce rei aliquod indicium apparet, unde non alienum inter Honestiorum monumenta, illa etiam Comitum Brettinorii inserere. Observandum, quod Annalistae Camaldulen. indicarunt chartam hanc scriptam anno* 997., *ut in indice Tabularii Archiepiscopalis a D. Paulo Ginannio O. S. B. summo labore exarato. Amadesius in Chronotaxi Antist. Raven. To. II. eam exhibuit cum aliquibus variationibus ad annum* 900.... *Tandem cl. Senator Saviolius eam edidit in suis Annalibus Bonon. ad annum* 1102., *& ex ea novum Archiepiscopum Joannem, Amadesio, aliisque ignotum detexit. Sed in Membrana accurate, & diligenter a nobis visa praeter primum M. reliqui numeri ita deleti sunt ut impossibile videatur eos agnoscere. Hoc satis ad confirmandum posteriorem esse saeculo decimo. Sed pluribus argumentis videtur eam ad saeculum undecimum spectare, & non ultra. Immo charta anni* 1057. *Num.* 51. *anteriorem esse anno* 1006. *clare demonstrat. Tandem si in serie Archiepiscoporum Ravennatium alia lacuna circa haec tempora non apparet, nisi ab anno* 1004 *usque ad* 1014, *ut patet ex Rubeo, & Amadesio, hinc deducendum hoc intervallo fuisse novum Archiepiscopum Joannem, & datam fuisse Chartam Ugonis Comitis Brettinorii.*

NUM.

NUM. XLI.

Ex Tab. Archiep. Rav. Annal. Camaldulen.

An. 1016. April. 30.

RAvenne. Laudum Arnaldi Archiepiscopi in causa Monasterii Pomposiani. Interfuerunt Episcopi, Cardinales Ravenne, HONESTUS Diaconus, & Petrus ex genere Ducis.

NUM. XLII.

Saviolius An. Bo. To. I. pag. 2.

An. 1017. Febr. 15.

PEllegrinus, & Thato Comes, Missi Henrici Imperatoris investiunt Harnaldum Archiepiscopum, & Ecclesiam Ravennatem de Fisco, & publica re Ravennate, & de Comitatibus Bononiensi, Corneliensi, Faventino, Ficoclensi &c. Interfuerunt Paulus Dux, qui vocabatur de Traversaria, Petrus Dux consanguineus suus filius Johannis Ducis, HONESTUS filius quondam Atilianus Consul, Ubertus consanguineus suus, & alii.

De Atiliano Consule fit mentio in Charta anni 1001. *Num.* 37.

NUM. XLIII.

Annal. Camaldulen.

An. 1017. Febr. 20.

RAvenne. HONESTUS Notarius S. Ravennatis Ecclesie scribit concessionem Harnaldi Archiepiscopi favore Petri Diaconi de Monasteriis S. Marie ad Blachernas, Ferrata, S. Agathe maioris, S. Johannis a Marmorata, S. Petri Osseotrotei, S. Agathe pittule, & S.

& S. Michaelis Archangeli, quod erat positum in superiora domus, que fuit de quondam Gregorio, qui vocabatur de HONESTO Nigro.

NUM. XLIV.

Ex Tab. Arch. Raven. Caps. N. Num. 6613.

An. 1024. Decembr. 12.

RAvenne. Petrus gratia Dei Archidiaconus S. Raven. Ecclesie, & Abbas Monasterii S. Michaelis Archangeli Domini, quod vocabatur Storoco, & quod erat fundatum in Domo quondam HONESTI Nigri, concedit iure Emfiteuticario Johanni Tabellioni filio quondam Rodulfi, unum vacuamentum terre in Regione S. Johannis Baptiste prope Ecclesiam S. Severini.

NUM. XLV.

Ex eodem Tabulario. Caps. F. Num. 2047.

An. 1035. Febr. 16.

RAvenne. Gebeardus Archiepiscopus donat HONESTO inclito Episcopo S. Pupiliensis Ecclesie, Ecclesiam, & Monasterium S. Cypriani cum omnibus suis rebus, & pertinentiis, quod erat positum Ravenne in Regione Palatii que dicebatur Theodorici Regis.

NUM. XLVI.

Ex Tabular. Monaster. S. Vitalis Raven.

An. 1037. Martii 14.

IN mansione Widonis Imolensis Comitis. Wido Comes Imolensis investit Johannem Abbatem Monasterii S. Marie in Palatiolo

de pluribus Casalibus in Plebe S. Petri, que vocabatur Transilva, quorum latere possidebant Johannes, & Almericus de ONESTO.

Ex hinc in posterum Honestiorum Series magis certa. Nec mirandum, si saepius sine Titulo Ducis, aut Nobilis Viri, aut alio occurrunt. Plura enim de hoc exempla in Chartis Ravennatibus.

NUM. XLVII.

Annal. Camaldulen.

An. 1039. Augusti 16.

TEstamentum Ugonis exigui Comitis Castri Brettinorii. Heredem instituit Gerardum filium suum, & Marie filie sue reliquit totum quod habebat in Marchas, & in partibus Romanie.

NUM. XLVIII.

Margarinius. Bullar. Cassinen.

An. 1039. Novemb. 14.

Sub Urbe Ravenna, ultra fluvium, quod vocabatur Teguriense. HONESTUS Diaconus S. Raven. Ecclesie investit Johannem Abbatem Monasterii S. Marie in Palatiolo de Ecclesia S. Stefani a Marmorato.

NUM. XLIX.

Amadesius To. II.

An. 1042. Novemb. 10.

RAvenne. HONESTUS gratia Dei Diaconus S. Ravennatis Ecclesie, & Abbas Monasterii S. Andree siti in Regione Porte S. La-

Laurentii concedit Johanni Subdiacono nepoti suo idem Monasterium.

NUM. L.

Amadesius To. II. pag. 330.

An. 1046. Augusti 11.

Apud S. Apollinarem in Classem. Gibertus Archiepiscopus Ravenne confirmat Dom. Gerardo nobilissimo Comiti Castrum Britinorii, quod eius Patruus Ugo tenuit a D. JOHANNE antecessore suo.

Clare videtur indicata Charta, de qua supra dictum Num. 40. & Joannes ignotus Archiepiscopus. Dubitavimus legendum Patrem, & non Patruum, cum in Testamento Ugo haeredem instituat Gerardum filium Num. 47. Sed charta anni 1130. Num. 95. manifeste indicat Gerardum Comitem Brettinorii nepotem Ugonis Comitis. Ergo deducendum Gerardum filium Ugonis sine liberis obiisse, & Ugonem habuisse fratrem, ex quo alter Gerardus sit progenitus.

NUM. LI.

Ex Tabular. Monast. Monial. S. Andreae Raven.

An. 1056. Maii 25.

Intra Monasterium S. Andree Apostoli Domini, qui vocabatur maioris. Presentibus HONESTO filio quondam HONESTI Notarii, & aliis viris bone opinionis, & laudabilis fame. Paganus filius quondam Verardo declarat medietatem Vinee in Regione S. Andree, & prope ipsum Monasterium detinere ab ipso Monasterio.

NUM. LII.

Ex Tabul. Archiep. Raven. Caps. I. Num. 4266.

An. 1057.

ELenchus pensionum solutarum ab Ugone, & Gerardo Comitibus Bretinorii. Ugo nobilissimus Comes solvit duodecim Marabotinos, sive Aureos ab anno 1006. consecutive, usque ad totum annum 1037. Dom. Gerardus Nobilissimus Comes solvit eamdem pensionem pro Castro Britonorii, & pro toto tenimento ipsius ab anno 1044. usque ad annum 1056.

Si Ugo Comes solvit pensiones ab anno 1006., investitura, & conventio cum Joanne Archiepiscopo protrahi non potest ultra eumdem annum.

NUM. LIII.

Ex Tabul. Arch. Rav. Caps. G. Num. 2780.

An. 1057. Maii 31.

IN Claustro Monastesii S. Rufilli. Ugo Comes, & Imilda inclita Comitissa faciunt obbligationem Henrico venerabili Archiepiscopo de bis mille Tornaturias terre in Maliano plebe S. Petri in Meldula, si fecerint Castellum, vel Turrem in Monte Maiore. Presentibus Paulo Traversario, Almerico quondam Johannis Ducis, Ugo de Sasso, & aliis.

Annalistae Camaldulenses publicarunt hanc Chartam cum aliquibus variationibus. Forsan Ugo Comes est Ubolinellus de Marchia frater Gerardi Comitis Brettinorii, de quo in ejus Testamento fit mentio. Certe Malianum, & Montem majorem Comites Brettinoriani habuerunt.

NUM.

NUM. LIV.

Rubeus Histor. Raven. Lib. V. pag. 295.

An. 1062. Januarii.

Testamentum Gerardi Comitis Castri Britonorii. Heredem instituit .... filium suum, cui decedenti sine filiis substituit filios Ubolinelli de Marchia fratris sui. Malianum reliquit Archiepiscopatui Ravenne.

Rubeus ad annum 1076. mentionem facit de investitura Brettinorii favore Gerardi. Forte iste Gerardus filius fuit Testatoris, aut ejus fratris Ubolinelli de Marchia. De membranae anno Amadesius tamen dubitavit.

NUM. LV.

Ex Tabular. Archiepis. Raven. Caps. B. Num. 456.

An. 1062. April. 10.

Ravenne. Matulinus, atque Rolandus fidecomissarii instituti a quondam Sergio eorum Seniori, filio quondam Johannis, qui vocabatur de Adelberto de Sergio, cum consensu Berte nobilis femine eius iugalis, & eorum Domine donant pro remedio anime predicti Sergii D. Gasdie Abbatisse S. Georgii medietatem Capelle S. Laurentii, & medietatem de omnibus mansionibus in Regione Regesto, & Pusterule de Augusta.

Forsan hic habentur alii descendentes a Sergio Patre S. Romualdi, aut a Sergio Honesti filio.

NUM.

NUM. LVI.

Ex Tabular. Monast. Monial. S. Andreae Raven.

An. 1063. Julii 1.

PEtrus de Leoncio, & Petrus, & Albericus donant Monasterio S. Andree maioris mansum unum in Territorio Liviensi, plebe S. Marie in Aqueducto, quod detinuit quondam AUNESTO.

Dubium oriri potest, an iste Aunestus, aut Honestus sit pater donatorum. Albericum de Honesto habemus in charta anni 1037. *Num.* 46., *& Petrum de Honesto Num. sequen.*

NUM. LVII.

Ex Tabul. Archiep. Raven. Caps. F. Num. 2004.

An. 1067. Januarii 10.

IN Lacu Ficoclensi prope Episcopium. PETRUS, qui dicebatur de HONESTO vendit Enrico Archiepiscopo Raven. Curtem galli cum terris, vineis &c. Territorio Ariminensi, plebe S. Archangeli; ab uno latere aqua, que dicebatur Maricla, ab alio strata, que pergebat ad ulmum, a tertio latere rivo, qui vocabatur Usa, a quarto latere via. Testes fuerunt Lambertus Comes filius quondam Bonifacii Comitis, Petrus Magister militum, qui vocabatur de Andreas, Divito Ariminensis, &c.

NUM. LVIII.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. G. Num. 2794.

An. 1074. Maii 12.

RAvenne. Presentibus Lamberto Episcopo Bononiensi, Adelrico Episcopo Corneliensi, Gerardo de ONESTO, aliisque, Tedelinda, & Bonushomo refutant Wiberto Archiepiscopo Ravenne plura bona.

NUM.

NUM. LIX.

Ex Tabul. Monast. Monial. S. Andreae Rav.

An. 1093. Martii 18.

Ravenne. Dom. Berta celesti Deo dicata venerabilis Abbatissa Monasterii S. Andree concedit per emfiteusim Dominico, & Anne iugalibus unam petiam terre, & Silve in Arcoplatto plebatu S. Laurentii in Vado Rondino, iuxta Attonem, & filios quondam ALMERICI Ducis.

Vidimus supra Almericum de Honesto Num. 46.

NUM. LX.

Ex Tabular. Monasterii S. Vitalis Raven.

An. 1096. Januarii 13.

Ravenne. PETRUS Dux filius quondam Almerici Ducis, cum consensu Liucarde Coniugis donat Monasterio S. Apollinaris novi viginti tornaturias terre plebe S. Cassiani in Decimo in loco qui dicebatur meleta, pro remuneratione anime sue, & pro anima quondam Almerici patris sui.

De Petro Duce ex Honestiis plura Carrarius Num. 295.

NUM. LXI.

Ex Tabular. Canon. Portuen. Caps. E. Num. 1476.

An. 1103. Martii 8.

Ravenne. Almericus, & Gerardinus filii quondam Gerardi de Teberto donant Ecclesie S. Marie in Portu quidquid habebant a Canale Bidente, usque ad litus maris, inter Mare, flumen Patarenum, & portum......

Non

Non leves conjecturae oriuntur, hos, ex quibus originem duxit Tebertorum familia, ad Honestios pertinere, ut melius ex Num. 71. 72. 73. 102. 108. &c.

NUM. LXII.

Ex Tabulario Portuensi. Caps. G. Num. 1981.

An. 1103.

Ravaldus donat Dom. PETRO Priori Portuensi unam salinam in lacu ficoclensi.

Beatum Petrum fundatorem Canonicae, & Ordinis Portuensis, de quo hic, & in sequentibus chartis fit mentio, fuisse ex Honestiis, asseruerunt omnes, qui de eo scripserunt. Multos exhibemus Num. 289. 290. 306. 352. 356. 361. 375. 387. 388. 389. 397. 398. 419. 423. 428. &c.

NUM. LXIII.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1103. Octobr. 8.

Juxta Castrum Bagnacaballum. Albertus Comes, qui vocabatur Malovicino, & Dom. Lina eius iugalis refutant Guidoni presbitero S. Michaelis undecim Tornaturias terre iuxta dictam Ecclesiam, presentibus AUNESTO VICECOMITE, aliisque.

Aunestus iste, aut Honestus poterat esse pater B. Petri Fundatoris Canonicorum Portuensium. Num. 388. 389. 423.

NUM.

NUM. LXIV.

Ex eodem Tabulario.

An. 1105. Novem. 22.

In Castro Cesubeo. Ugo filius Onesti, & Gisla iugalis vendunt Guidoni Cantori vineam, cum vacuamento suo, & caneto; a primo latere venditores, a secundo Sasso, a tertio Gerardus. Vendunt etiam orticellum in Maliano.

Castrum Cesubeum idem esse ac Brettinorium constat ex chartis Ravennatibus.

NUM. LXV.

Ex Tabular. Portuen. Caps. F. Num. 1696.

An. 1106. Maii 22.

Petrus de Bono donat Dom. Petro Clerico Portuensi quidquid habebat in plebe S. Laurentii in Vado Rondino.

Si Petrus Portuensis ad Honestios pertinet, aeque ad Honestios pertinent ejus acta.

NUM. LXVI.

Ex eodem Tabular. Caps. E. Num. 1203.

An. 1106. Julii 30.

Ravenne. Petrus de Bono facit testamentum, in quo constituit suum fidecomissarium Dom. Petrum clericum S. Marie in Portu. Inter alia reliquit Ecclesie Portuensi totum id, quod ei donaverat in Lacu Ficoclensi, in Civitate Ravenne, & in loco, qui dicebatur Zano.

NUM. LXVII.

Ex Tabular. Portuen. Caps. A. Num. 159.

An. 1107. Martii 28.

RAvenne. Testamentum Petri Dusdei, in quo constituit fideicomissarios D. D. Petrum Clericum, & Priorem Canonice S. Marie in Portu, Gualterium, Johannem presbiterum de Carda, Johannem presbiterum S. Marie in Celeseo, Gerardum Callicarium, Petrum nepotem suum, & Ravennam nepotem suam. Plura legata reliquit Ecclesiis Ravenne, & filiabus quondam Johannis fratris sui. Memorat mansionem Ravenne in Regione Ferrata. Heredem instituit Petrum filium fratris sui, & multa reliquit Mathildi uxori Petri Traversarie.

Dusdeos eosdem ac Honestios Saviolius judicavit Num. 431. nec improbabile. De Dusdeis plures chartae in tabulariis Ravennatibus.

NUM. LXVIII.

Muratorius Antiq. Med. Aevi Diss. XXXVI.

An. 1108. Aprilis 11.

RAvenne. Johannes Abbas Monasterii S. Johannis Evangeliste concedit in perpetuum iure enfiteuticario D. Petro clerico, & Rectori Ecclesie S. Marie in Portu, predictam Ecclesiam, cum tota terra, quam habuerunt AUNESTUS filius quondam Petri de AUNESTO, & Gerardus filius quondam Gerardi de Teberto, &c. IN CORRIGIO MAIORE, a primo latere Bedentis percurrens, a secundo Badarenus, a tertio Mare duo millia intra, & a quarto viola, que percurrit a mare usque ad Bedentem, iuxta caput antique Pinete.

Certa

Certa Honestiorum series dehinc , & eorum praedia in Classe. Observandum Ecclesiam S. Mariae in Portu positam intra fines bonorum ab Honestiis , & Tebertiis possessorum , unde non levis conjectura , ultra opinionem Auctorum Num. 356. 361. 387. *eam B. Petrum in paterno solo fundasse .*

NUM. LXIX.

Ex Tabular. Portuen. Caps. D. Num. 940.

An. 1108. Maii 5.

RAvenne . Paulus , Albertus , & Atilianus filii quondam Andree de Attone de Sasso , cum consensu Rustice , Gisle , & Berte iugalium dant per pactum D. Petro Venerabili Clerico, & Rectori S. Marie in Portu totam terram , paludem , pratum &c. , quas habebant infra Classatellum , fossam S. Marie vetule , Badarenum, Bidentem , & Carrariam S. Severi .

Sita erant haec bona in vicinia bonorum , quae in antecedenti charta descripsimus ; inde argumentum Saxios , & Honestios ex eadem esse gente .

NUM. LXX.

Ex Tabular. Portuensi . Caps. E. Num 1477.

An. 1108. Junii 5.

RAvenne . Johannes quondam Ugonis Tebaldi dedit per pactum Petro Clerico petitori pro Ecclesia S. Marie in Portu totum id, quod habuit Tebaldus eius Avus , & eius Pater aquisiverunt ex bonis Petri Ducis in CORRIGIO MAIORE iuxta fluvium Bedente, Mare , & fluvium Candiani .

Et haec bona in eodem loco . Petrus Dux ex Honestiis videtur fuisse . Hoc aliud argumentum praestat , plures Ducum familias ex una gente descendere .

NUM. LXXI.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1108..... 16.

Wifredus Abbas S. Marie, que vocabatur Rotunda, concedit enfiteuticario iure Gerardo filio quondam Gerardi de Teberto, & Itte eius cognate, & Girardinello eius Nepoti plura bona, & speciatim unam petiam paduli in insula Palatioli, a primo latere Badareno, a secundo...... & iura inter eos, & AUNESTUM filium quondam Petri de AUNESTO, a quarto viola, que pergit a Badareno usque ad mare.

Badarenus dividebat insulam Palatioli a Corrigio majore, unde & haec bona in finibus Classis, & proxima bonis superius descriptis.

NUM. LXXII.

Ex Tabular. Portuen. Caps. A. Num. 137.

An. 1108. Martii 27.

RAVENNE. Saxo cum Julitina uxore, Gerardus cum Ravenna uxore, Petrus de Bonisilda, & Itta relicta quondam Almerici promittunt PETRO clerico, & Rectori S. Marie in Portu ire ad habitandum in Corizo maiore, nec inde discedere sine illius licentia, vel successoris, quem ipsi communi Consilio elegerint; & quod facient clericari filios masculos infra etatem octo annorum, excepto Gerardino filio Itte; & quod donabunt omnes eorum res mobiles, & immobiles huic Ecclesie, reservato sibi ipsis usufructu terrarum, & exceptis aliis bonis, & dotibus. Nominantur bona in CASTILIONE, in CANTONE, in S. GERVASIO, in Gambellaria, in flumine novo, in S. SEVERO, in Runco, & in Bagnolo; Casamentum in Regione S. Petri Maioris &c.

NUM.

NUM. LXXIII.

Ex Tabular. Portuen. Caps. D. Num. 1022.

An. 1109. Januarii 26.

Ravenne. Gerardus quondam Gerardi de Teberto, cum Ravenna iugali sua, & Gerardino quondam Almerici, cum consensu Gerardi patrui sui, & Itte matris sue dant per pactum D. Petro Rectori Portuensi tres partes medietatis paludis cum pratis &c. ad latera fluminis Bidentis, Badareni, Classatelli, fosse S. Marie vetule, & paludis, que erat iuxta Corizolum, & subtus pontem de Classe, Podium, & murum longum, qui ibat ad Bedentem.

NUM. LXXIV.

Ex Tabular. Portuen. Caps. F. Num. 1697.

An. 1109. Januarii 26.

Ravenne. Aunestus de Petro de Aunesto cum consensu Sibilie coniugis ipsius concedit ad annos centum ad renovandum D. Petro Rectori Ecclesie S. Marie in Portu medietatem iurium totius rei posite infra hec latera; flumen Bedenti, Padarenum, Classatellum, qui pergebat per fossam S. Marie vetule, & per paludem, que erat iuxta Corizolum, & subtus pontem de Classe; podium heredum Petri de Vitale, & murus longus, qui directe ibat ad Bedentem, excepta Cavanna, & clausura fosso circumdata. Et hoc fecerunt pro anima eorum, & suorum parentum.

NUM. LXXV.

Ex Tabular. Portuen. Caps. H. Num. 2194.

An. 1109. Februarii 4.

Petrus de Gomerio refutat D. Petro clerico, & Rectori S. Marie in Portu salinam in palude maiore Ficoclense, in fundamento de Arca.

NUM. LXXVI.

Ex Tabular. Portuen. Caps. A. Num. 198.

An. 1112. Septemb. 30.

IN Civitate Liviensi. Tedericus, & Federicus filii quondam Tederici de Leoncio donant more salario pro remedio anime eorum venerabili PETRO Clerico, & Rectori S. Marie in Portu fundum Cilanum in Territorio Liviensi.

NUM. LXXVII.

Ex Tabular. Portuen. Caps. H. Num. 1143.

An. 1113. Maii 10.

RAvenne. Venerius de Presna donat D. Petro Preposito, & Rectori Portuensi omnia sua bona mobilia, & immobilia Ravenne, & foris in quibuslibet locis.

NUM. LXXVIII.

Ex eodem Tabul. Caps. A. Num. 180.

An. 1113. Maii 10.

RAvenne. Albertone filius quondam Johannis de Alberto donat PETRO venerabili preposito, & Rectori Ecclesie Portuensis, quidquid donaverant eius Parentes.

NUM. LXXIX.

Ex eodem Tabular. Caps. A. Num. 173.

An. 1113. Augusti 7.

RAvenne. Martinus dictus Grainerius filius quondam Petri de Falcherio donat more Salario D. Petro Preposito, & Rectori Ecclesie

clesie Portuensis omnes res & substantias suas mobiles, & immobiles, exceptis iis, que reliquerat filiabus suis Bonisilde, & Adelaide, & Ugolino naturali filio suo.

NUM. LXXX.

Ex Tabular. Portuensi. Caps. E. Num. 1469.

An. 1114. Martii 4.

RAvenne. Dom. Imica Abbatissa Monasterii S. Mercurialis, & S. Georgii foris portam Tremeduli in loco, qui vocabatur Taula, dat per pactum D. PETRO Priori, & Rectori Ecclesie S. Marie in Portu octo tornaturias terre in Curte S. Georgii in Ustiliano, Plebe S. Laurentii in Vado Rondino.

NUM. LXXXI.

Ex eodem Tabular. Caps. F. Num. 1764.

An. 1114. Octobr. 21.

RAvenne. Ingo quondam Ingonis donat D. PETRO Priori Portuensi unam Salinam in Lacu Ficoclensi cum Vasis, & Morariis.

NUM. LXXXII.

Ex Tabul. S. Pauli de Urbe. Caps. V. Num. 48.

An. 1114. Novemb. 21.

RAvenne. Johannes Abbas Monasterii S. Petri in Vincula concedit per libellum Martino Abbati Monasterii S. Apolenaris in novo medietatem de una Tumba in loco, qui vocatur Muro novo, prope flumen, Andream de ONESTO, & alios.

Ex

Ex chartis Ravennatibus apparet locum, & fundum muro novo fuisse prope Badarenum, Bidentem, & Corizolum, unde non inverisimile Andream Agnatum fuisse Onesti, quondam Petri de Onesto. Quod clarius apparet ex charta anni 1148. *Num.* 104., *in qua Petrus Dux de Aunesto dicitur possedisse ad Bedentem prope Andream, & Gerardum suos Consanguineos.*

NUM. LXXXIII.

Ex Tabular. Portuen. Caps. F. Num. 1691.

An. 1115. Julii 2.

RAVENNE. Petrus Traversaria dat per pactum D. PETRO Clerico, & Priori Portuensi ad annos centum ad renovandum id, quod habebat in Campiniano plebe S. Cassiani in Decimo.

NUM. LXXXIV.

Ex eodem Tabulario. Caps. G. Num. 1998.

An. 1116. Junii 3.

IN Castro vetulo Cesene. Rainulfus de Calesese, & Johannes Brusatus donant D. PETRO Priori Portuensi id quod habebant in fundo Bonagito Territorio Ficoclense, plebe S. Andree in Domo culta.

NUM. LXXXV.

Ex eodem Tabulario. Caps. D. Num. 1041.

An. 1116. Decemb. 20.

APud Transtiberim. Paschalis II. Pontifex multa privilegia concedit PETRO Priori Ecclesie S. Marie in Portu.

NUM.

NUM. LXXXVI.

Ex eodem Tabulario . Caps. E. Num. 1319.

An. 1117. Martii 5.

CERVIE. D. Simeon Episcopus Cervien. dat per pactum D. PETRO Priori Portuensi unam Salinam in fundamento S. Martini, & Tumbam in Regione S. Petri.

NUM. LXXXVII.

Ex eodem Tabular. Caps. E. Num. 1369.

An. 1117. Octobris 8.

D. PETRUS Canonicus, & Prior S. Marie in Portu dat per pactum Ugolino totum id, quod habebat in Castro dicto PETRA.

Castrum Petram Honestii habuerunt. Num. 130. *&c.*

NUM. LXXXVIII.

Ex Tabular. Portuensi. Caps. A. Num. 182.

An. 1117. Octobr. 8.

RAVENNE. Ugolinus & Rigolus cum Franchina uxore, Severo, & Rigolo nepotibus, & pro Adalasia eorum matre refutant D. PETRO Canonico, & Priori Ecclesie S. Marie in Portu totum id quod habebat Gualfredus Ugonis de Sasso cum Gisla uxore a vado de Calanco in susum ab utraque parte fluminis Rainarioli.

NUM. LXXXIX.

Ex Tabular. Portuensi. Caps. G. Num. 1931.

An. 1118. Augusti 2.

Lucia cum sororibus suis donat Dom. PETRO Rectori S. Marie in Portu unum fundamentum cum salinis, & vasis suis in fossato salinario Ficoclensi.

NUM. XC.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. E. Num. 1737.

An. 1123. Martii 3.

RAvenne. Dom. Gualterius Archiepiscopus S. Rav. Ecclesie concedit ad annos sexaginta ad renovandum Dom. Odoni Priori Ecclesie S. Jacobi de insula Volane unam petiam terre in palude Ficoclensi prope PORCASIANUM, & AUNESTUM de Petro de AUNESTO.

Jam observavimus Num. 26. in Porcasiano possedisse Petrum Ducem, & Comitem filium Severi Comitis, qui disposuerat de bonis antea possessis ab Ingelrada, & Martino Duce.

NUM. XCI.

Ex Tabular. Monasterii S. Vitalis Raven.

An. 1126. Martii 27.

RAvenne. ONESTUS filius quondam Petri de ONESTO cum consensu Sibilie iugalis sue vendit Johanni de Bertenoro unam mansionem integram in Civitate Ravenne in Regione S. Marie in Virtute de porta S. Laurentii, apud plateam maiorem, & iura PETRI DUCIS.

Sibl-

Sibiliam Uxorem Honesti Petri de Honesto vidimus etiam anno 1109. Num. 74.

NUM. XCII.

Ex Tabular. Portuensi. Caps. D. Num. 1039.

An. 1127. Augusti 2.

Ravenne. Gualterius Servus Servorum Dei divina gratia Archiepiscopus S. Raven. Ecclesie, propria auctoritate ex parte S. Raven. Eccle.; auctoritate Dom. Pape ex parte S. Romane Ecclesie, & auctoritate Episcopi Ficoclensis concedit licentiam Joanni Priori Portuensi laborandi fundamentum quatuor salinarum. Subscribunt Petrus Dux, Gulielmus Traversaria, ONESTUS PETRI DE ONESTO, aliique.

NUM. XCIII.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. G. Num. 2661.

An. 1129. Januarii 7.

Ravenne. Gualterius Archiepiscopus concedit licentiam nominibus quibus supra Joanni, & fratribus laborandi unum barconem duarum salinarum presentibus iisdem, de quibus supra est facta mentio.

NUM. XCIV.

Muratorius Antiq. Med. Aevi. Dissert. XI.

An. 1130. Julii 7.

In Sarsena. Dom. Gualterius indignus S. Ravennatis Ecclesie Archiepiscopus locat, & concedit Cavalcaconte illustrissimo Comiti Castri Britonorii, Castrum predictum, cum toto suo tenimento &c.

NUM.

NUM. XCV.

Ex Tabular. Archiepis. Raven. Caps. F. Num. 2091.

An. 1130.

NArratur, quod Ecclesia Ravennas concessit Castrum Britonorii.........., post eum concessit Ugoni Comiti............., deinde Gibertus Archiepiscopus concessit Gerardo Comiti nepoti supradicti Ugonis, addita villa, que vocabatur Trentula. Et quod modernis temporibus Gualterius Archiepiscopus concessit idem Castrum Cavalcacomiti, & Rainerio eius filio.

NUM. XCVI.

Ex Tabul. Archiep. Raven. Caps. B. Num. 434.

An. 1132. Octob. 2.

RAvenne. Testamentum Petri Ducis cum consensu Gasdie Coniugis. Heredes instituit Almericum, & Petrum filios suos. Disposuit Testator de bonis in Territoriis Ravennate, Anconitano, Fanensi, Jesino, Ariminensi, Ficoclensi, Pupiliensi, Liviensi, Faventino, Corneliensi, Comacliensi, Adriensi, & de Domo porte S. Laurentii.

Petrum Testatoris filium, non dubitavit Carrarius Num. 297. ad gentem Honestiam referre.

NUM. XCVII.

Ex Tabular. Archiepis. Raven. Caps. B. Num. 302.

An. 1136. Junii 22.

RAvenne. Dum aderant Petrus Dux filius quondam Petri Ducis, Guilielmus Traversaria, ONESTUS de Petro de ONESTO Capita-

pitaneus Ravenne, & alii; Costamons, & Guido cedunt Gualterio Archiepiscopo totum id, quod Rodulfus eorum Avus, & Arialdus Pater detinuerant ex parte Rubiconis; & insuper Montem Acutum, Lastagnanum, Culinam &c. & hoc pro maleficiis, que ipsi, & eorum pater commiserant in Villa de Rudiano, in Ulmica, in Castro Ripa Ursaria, Castello Diulaguarda, &c.

Celebris in monumentis Ravennatibus Capitaneorum dignitas, admodum diversa ab Ordine Capitaneorum. Ex hac dignitate facile Potestates orti sunt.

NUM. XCVIII.

Ex Tabular. Archiepis. Raven. Caps. G. Num. 2470.

An. 1136. Junii 26.

RAvenne in Ecclesia Raven. Presentibus ONESTO Capitaneo Ravenne, & iisdem quibus supra. Costamons, & Guido promittunt Gualterio Archiepiscopo securitatem de guardia, commendationibus, & usibus Silvestri, & eius filiorum.

NUM. XCIX.

Ex Tabulario Archiepis. Raven. Caps. I. Num. 4135.

An. 1142.

IN Plebe S. Damiani. Rainerius Comes filius bone memorie Cavalcaconti iurat fidelitatem Gualterio Archiepiscopo, eo quod eum investivit de predicto Castro, & promisit suo studio, & suorum Episcoporum dare ei Uxorem de genere Fraiapanorum.

NUM.

NUM. C.

Fabbrius = Effemer. Raven. pag. 365.

An. 1142.

RAvenne. Memorabilia ad posteros Portuenses a Johanne de Cà Bono scripta. Inter alia hec habentur. Anno 1100. Jacobus HONESTUS donavit Deipare duc. 300. Anno 1115. Petrus Dux Imperator Ravennatium instauraturus bellum adversus Ferrarienses Vexillum accepit benedictum a PETRO nostro. Anno 1131. a Gualterio Archiepiscopo me Priore sub 30. Octobris consecravit nostram Portuensem Ecclesiam, quam edificare cepit Pater noster PETRUS idibus Maii anno 1096. ex Voto Virgini facto in navigatione die 20. Aprilis eiusdem anni.

Joannes de Cà Bono fuit proximus Successor Beati Petri in Prioratu Portuensi, ut ex multis monumentis ejusdem Tabularii apparet. Ex brevi intervallo inter nuncupationem voti, & aedificationem Ecclesiae facile dignoscitur, ex aliqua potenti, & diviti familia B. Petrum ortum habuisse, & in propriis bonis eam aedificasse. Sed sicut a monumento anni 1108. *Num.* 68. *non obscure apparet Portuensem Ecclesiam in solo Honestiorum fundatam fuisse, inde communis opinio, B. Petrum ex Honestiis fuisse, non sine ratione ortum habuisse videtur. Præter quam quod judicandum est multos ex tot Auctoribus universa Portuensia monumenta vidisse, quae vix nobis quoad aliquam tantum partem attingere integrum fuit.*

NUM. CI.

Rag. della S. Sede sopra il Duc. di Parma, e Piacenza. Par. VI. Num. 14. pag. 173.

An. 1144. Decemb. 29.

COElestinus Pontifex cum consensu, & voluntate Episcoporum, & Cardinalium, & totius Curie locat, & concedit Petro de HO-

NESTO

NESTO ex Civitate Ravenne Tutori filiorum quondam Rainerii de Cavalcaconte Comitis Bertinorii, scilicet parvuli Cavalcacontis, ac etiam qui quoque conceptus erat in utero Boldrude quondam uxoris prefati Rainerii, ad renovandum in perpetuum totum quod prefatus Rainerius, aut Cavalcaconte tenuerunt ex bonis B. Petri in Comitatibus Forimpopuli, Forilivii, Feretrano, Bobiense, Ariminensi, Imolensi, Faventino, Bononiensi, Castellano, Cesenate, & in Cervia, atque in Balneo, nec non in aliis Castellis, & Civitatibus, &c. cum declaratione, quod si ipsi pupilli sine legitimis liberis obierint, tunc ea bona ad illos PROXIMIORES Pupillorum deveniant, in quibus Romana Curia convenerit.

Jam diximus aliquos credidisse Comites Brettinorianos de eadem gente Honestia fuisse. Certe tutela Petri de Honesto non leve indicium praesefert saltem alicujus affinitatis. Sed Honestii habuerunt etiam bona a Cavalcacomite possessa post extinctionem hujus familiae. Num. 159. 161. &c., & jure Pontificiarum concessionum Num. 152. 159. Hinc vero proximum est, haec accidisse vi declarationis Coelestini Pontificis proximiores respicientis, & proinde relatam opinionem non parum virium adquirere est judicandum.

NUM. CII.

Ex Tabular. Monasterii S. Vitalis Raven.

An. 1145. Decemb. 10.

RAVENNE. Venditio cuiusdam Petri de duobus tornaturiis Territorio Ravenne plebe S. Cassiani in Decimo; inter affines a primo latere AUNESTI, a secundo TEBERTI, a duabus aliis lateribus vie percurrentes.

Ni fallimur, hic principium gentilis nominis Honestiorum videmus. Si res ita est, a multis eo nomine designatis Honestium, aut Aunestium derivasse non est dubitandum, quod melius

melius etiam patebit ex Charta anni 1174. *Num.* 108. *&* 113. 148. *&c.*

NUM. CIII.

Ex Tabular. Portuensi. Caps. A. Num. 191.

An. 1147. Januarii 10.

RAvenne. Vilanus Arzunculo, & Nasta iugales donant D. Johanni Priori S. Marie in Portu terras, & vineas in Granarigo Plebe S. Petri intra silvas, prope heredes Dominici Caballi, fossatum tracturium, Cattaneos, & Gislam de HONESTO.

NUM. CIV.

Ex eodem Tabulario. Caps. H. Num. 2155.

An. 1148.

RAvenne. Petrus Dux, qui vocabatur de AUNESTO, cum consensu Comitisse magnifice femine iugali sue dat per enfiteusim Johanni Gatto omnia, que habebat in loco, qui vocabatur Betente. A primo latere possidebant Gerardus, & Andreas Consanguinei sui; a secundo Petrus de Alberto......, a tertio Patarenus, a quarto ius Monasterii S. Severi, usque ad pontem Classis.

Agitur de bonis in eodem loco, ubi multa bona possederat Aunestus de Petro de Aunesto ejus Pater.

NUM. CV.

Annal. Camaldulen. To. III. pag. 462.

An. 1153. Junii.

RAinerius Comes, & Altruda Uxor quondam Comitis Rainerii donant plura bona Monasterio S. Trinitatis de Monte Hercule pro remedio animarum Rainerii Comitis olim defuncti, & eius Patris Cavalcacomitis.

Raine-

Rainerius iste videtur posthumus fuisse Altrudae, sive Boltrudae ex illustri Fraiapanorum Romana gente, de quo supra dictum. Num. 101.

NUM. CVI.

Ex Tabular. Archiep. Rav. Cap. I. Num. 4165.

An. 1153. Julii.

SAracenus, & Guillia filius, & Nora quondam D. Alberici donant Leoni Archipresbitero Plebis S. Damiani eorum partem Molendini fluminis sapis, &c. in Territorio Bobiensi, & in supradicta plebe.

Honestii habuerunt molendinum in flumine Sapis in agro Bobiense Num 159. 161. 221. *&c., & jus Patronatus S. Damiani Num.* 142. 159. 161., *ubi aliquis Saracenus ex Honestiis aedificavit Mercatum Saraceni Num.* 187. 346. *Dictio* eorum partem; *plures Alberici in gente Honestia; & aliae conjecturae indicium praestant, Albericum hunc, & ejus filium Saracenum ad Honestios ipsos spectare.*

NUM. CVII.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1162. Maii 14.

RAvenne. Rainerius Abbas S. Apolinaris novi concedit per enfiteosin Petro de Baldo spatium terre, ortum, & vacuamenta Ravenne in platea maiore, & Scubitu a primo latere, & a secundo platea maiore, a tertio Androna, que pergebat ad scubitum, a quarto heredes AUNESTI.

NUM. CVIII.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1174. Augusti 5.

In claustro S. Marie in Lato. Vido Abbas S. Apolinaris novi concedit per enfiteusin Johanni Duci fundos Turricla, Cistellano, Filzuni, Roncore, Parni, &c. & totum quod detinebat per anteriorem enfiteusin infra totam silvam Stadiliani, & hec latera. A primo Monasterium S. Severi, Guido Ubertini, & Ubertinus eius nepos, & heredes Tebertorum, & HONESTORUM. A secundo stratella, que ibat ad stazum pontis Petri, & fossa stratelle. A tertio Joannes Dux, Petrus Traversaria, & Guido Ubertini, & nepos eius, & filius quondam Forgradi, & Lazarii, & Ugo de Sasso, & Oddonus, & Madrise, & predicti ONESTI, Plebe S. Cassiani in decimo.

Hic quoque nomen Honestiorum a pluribus Honesti nomine insignitis manasse clare coniicitur.

NUM. CIX.

Annal. Camaldulen. Tom. III. pag. 331.

An. 1177. Octobr. 8.

Venetiis in Rivo alto. Litere Alexandri Pontificis Archiepiscopo Ravennati. Declarat, quod predecessores sui dederunt Ecclesie Ravennati Exarchatum, & Ducatum Ravenne; unde quia Castrum, & Comitatus Bretonorii infra eumdem Exarchatum consistere dicebatur; supradictum Castrum & Comitatum, quod ei, & Romane Ecclesie in suo Testamento reliquerat C. quondam Comes eiusdem Comitatus, eidem Ecclesie Ravennati confirmat.

Car-

Cardinalis Aragonius apud Muratorium Script. Rer. Ital. Tom. III. pag. 472. asseruit C. Comitem Brettinorii Venetiis obiisse anno 1177.



NUM. CX.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. B. Num. 518.

An. 1178. Septemb. 10.

RAvenne. Testamentum Johannis Ducis. Heredem instituit posthumum, & si sine liberis obierit, reliquit SARASINO DE ALBERICO domum, ubi habitabat, & domum, & Ortum, qui fuerunt quondam Alberici Ducis, & Turrem, & Domum ad portam S. Laurentii, & medietatem omnium bonorum. Aliam medietatem reliquit heredibus quondam Mat....., & Constantie consobrinarum suarum.

Joannem Ducem ex Honestiis his temporibus agnovit Carrarius Num. 298., unde Saracenus Alberici, qui forte idem est ac supra relatus Num 106., ad Honestios potuit pertinere.



NUM. CXI.

Ex Tabular. Archiepis. Raven. Caps. E. Num. 1694.

An. 1180.

GErardus Archiepiscopus concedit per Emfiteusim Vitali de Calcinara unum spatium terre in Regione Herculana prope pontem calciatum. A primo latere via, que ibat a predicto ponte ad portam Auream; a secundo alia via, que ibat versus Ecclesiam S. Martini; a tertio iura Cantorum S. Raven. Ecclesie; a quarto Ugolinus Petri de Ugolino, & Pepo de AUNESTO.

Pepus de Aunesto notus fuit Anonymo Historico, qui eum facit filium Johannis Ducis de Honesto. Num. 376.

NUM. CXII.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1180. Decemb. 3.

RAvenne in claustro Monasterii S. Apolinaris novi. Nicola Abbas predicti Monasterii concedit per pactum Tinioso de Arziluni terras in plebe S. Petri in quinto. A primo, & a secundo latere vie percurrentes; a tertio Ecclesia S. Marie in Portu. A quarto Dom. Clara, & ALBERICUS, & FRATER EIUS.

Claram fuisse Uxorem Honesti, Petri de Honesto, & Matrem Saladini pluribus monumentis constat. Num. 115. 117. 121. 132., *&c.... proinde bonorum communio Dom. Clarae cum Alberico, & Fratre ejus non dubie indicat eos etiam ex Honestiis fuisse, & fortasse ejus leviros.*

NUM. CXIII.

Ex Tabulario Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1186. Octob. 21.

IN Lacu Ficoclensi. D. Foresta cum consensu Benni viri sui vendit Aliprando unam petiam terre plebe S. Stefani in Pisignano in Castro Leone AUNESTORUM, iuxta iura AUNESTORUM, vias, & Albertum de Resta.

NUM.

NUM. CXIV.

Ex eodem Tabulario.

An. 1187. Aug. 27.

RAvenne. Bonfilittus donat Nicolao Abbati Monasterii S. Apolinaris novi Mansionem in Civitate Ravenne, in Regione S. Theodori prope iura D. Clare, vias publicas, & ius S. Pantaleonis.

NUM. CXV.

Ex eodem Tabulario.

An. 1191. Febr. 16.

RAvenne. Nicolaus Abbas S. Apollinaris novi concedit per enfiteusin D. Fidei tertiam partem de hoc, quod habuit, & detinuit quondam Johannes Dux in fundis Turricla, Cisteliano, Filzuni, Roncore, Parni, &c. infra Silvam, que vocabatur Stadilianum, & hec latera. Monasterium S. Severi, Ubaldus filius quondam Ubertini, & D. CLARA, & D. Imila. A secundo stratella, que ibat ad Stazum Pontis Petri, & fossa stratelle. A tertio D. Fides, & Consortes sui, & Tebaldus filius quondam Ubertini, & filius quondam Forgradi, & Lazarii, & Ugo de Sasso. A quarto Ugo de Sasso, & Oddonus, & Madrise, & supradicte Domine Clara, & Imila, plebe S. Cassiani in Decimo.

Agitur de iisdem bonis in eodem loco, & finibus, de quibus Charta agit anni 1174. *Num.* 108. *Observandum loco Honestorum nominari Dom. Claram, forsan quod vidua remanserit, & Tutrix filiorum. Observandum etiam, in posteriori charta Num.* 138. *apparere Honestum, Joannem Ducem, & Saracenum filios Saladini, & Nepotes Honesti, & Clarae successisse in aliquibus juribus D. Fidei.*

NUM.

NUM. CXVI.

Ex Tabul. Monast. Monial. S. Andreae Raven.

An. 1191. Decemb. 25.

RAvenne. D. CLARA pro se, & filiis causa perpetue salutis donat presbitero Stefano Rectori Ecclesie S. Martini post Ecclesiam maiorem bona in Cantone, plebe S. Zaccarie. A primo, & secundo latere vie percurrentes; A tertio donatrix; a quarto Dom. IMILA.

NUM. CXVII.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1192. Julii 15.

IN Castelleoni. Dom. Gisburga Uxor quondam Lodoici locat Oddoni Abotti unam petiam vinee in Territorio Ravenne plebe S. Stefani in Pisignano Curte CASTELLEONIS prope flumen Sapis, & Dominam CLARAM.

NUM. CXVIII.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. H. Num. 3093.

An. 1193.

RAvenne. Willelmus Archiepiscopus concedit per enfiteusim Dom. CLARE, eiusque filiis, & Nepotibus centum tornaturias terre prope Ecclesiam S. Zaccarie Territorio Ravenne in decimo; ab uno latere Plebe S. Zaccarie, ab alio fundus panigale, ab alio strata antiqua. Concedit etiam quatuor uncias in fundis Lavigiano, Bonisito, Scandalario, atque Manarigo; ab uno latere

rivus

rivus, ab alio decimanus percurrens; a tertio latere ius S. Stefani in Phecocle, atque a quarto locus Raduldi, in Territorio Cesenate Plebe S. Petri in CERETO.

NUM. CXIX.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1194. April. 28.

RAVENNE. Gibertus Abbas S. Apollinaris novi concedit per libellum Petro Novellino, & Petro Zaffo bona in Arzignano Plebe S. Zaccarie, iuxta heredes HONESTI, & Petrum Traversaria.

NUM. CXX.

Ex Tabul. Monast. Monial. S. Andreae Raven.

An. 1195. Februar. 5.

RAVENNE. D. CLARA vendit D. Lazare Abbatisse Monasterii S. Andree terras cum habitationibus, & mansionibus in CASALE plebatu S. Zaccarie.

NUM. CXXI.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1198. Maii 3.

RAVENNE. Lazarus Abbas Monasterii S. Apollinaris novi concedit per emfiteusim Peppo filio quondam Dom. Flamine, & Petri de Baldo, & Rodulfo eius fratri bona Ravenne in Scubito. A primo, & secundo latere platea maiore, a tertio Androna, que ibat ad Scubitum; a quarto D. CLARA & Lazarii.

Agitur

Agitur de iisdem bonis, de quibus Num. 107. Loco Honenestiorum nominatur hic D. Clara.

NUM. CXXII.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1199. Julii 3.

RAvenne. Domina Matilda filia quondam Domini Malateste & Domine Berte, cum consensu Alberti Comitis viri sui concedit per pactum Magistro Martino Tabellioni tertiam partem unius spatii terre, cum suo edificio curte, Orto, &c. Quod spatium dividebat cum Domina CLARA, & erat constitutum Ravenne in Regione S. Petri Maioris, iuxta plateam maiorem.

Bertam Honestiam uxorem fuisse Malatestae Minoris Ariminensis, testantur Carrarius Num. 300. & Clementinius Num. 354. Hoc monumento huic sententiae evidentiam addimus. Clara certe fuit Honestia. Communio bonorum cum Berta uxore Malatestae; matrimonium dein Matildis Bertae filiae cum Uberto Comite, facile persuadent hic agi de Malatesta Ariminensi, & de Berta Honestia.

NUM. CXXIII.

Ex Tabular. Monast. S. V'talis Raven.

An. 1200. Martii 6.

RAvenne. Jacobus Abbas Monasterii S. Marie Rotunde concedit per pactum D. CLARE pro medietate, & D. IMILE pro alia medietate, eorumque filiis unam petiam terre ad Badarenum. Primo latere Badarenus percurrens usque ad medium, & a tribus aliis supradicte.

NUM.

NUM. CXXIV.

Ex Tabulario Portuensi. Caps. A. Num. 237.

An. 1209. Aprilis 10.

Apud Canonicam S. Marie in Portu: Albericus *Aunesti* donat Canonice Portuensi tres petias terre Territorio Ravenne Plebe S. Petri in quinto, unam quarum indivisim possidebat cum suis NEPOTIBUS.

Nomine Nepotum Alberici facile intelliguntur Rainerius filius Ravaldini, & Saladinus filius Honesti.

NUM. CXXV.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1218. Maii 10.

In Claustro Monasterii S. Marie Rotunde. Jacobus Abbas supradicti Monasterii concedit per libellum Johanni Tusco bona in fundo Maliani Territorio Ravenne plebe S. Zaccarie. A primo latere via; a secundo Arardus Villanus; a duobus aliis Domina CLARA.

NUM. CXXVI.

Ex eodem Tabulario.

An. 1218. Julii 12.

Ravenne. Testamentum Marchisini militis. Inter alia reliquit filiabus quondam Nicolai Cii sui totum quod habebat in CASTILIONE AUNESTI.

NUM. CXXVII.

Ex Tabular. Archiep. Rav. Caps. B. Num. 499.

An. 1220. Julii 10.

In Ecclesia S. Marie in pleno, & magno Consilio Cervie. D. Johannes Vicarius D. SALADINI Potestatis Cervie, & Consilium constituunt procuratorem in causa cum D. Archiepiscopo Ravenne.

NUM. CXXVIII.

Ex Tabular. Monast. Monial. S. Andreae Raven.

An. 1221. Februarii 4.

In claustro Monasterii S. Andree de Ravenna. D. Gualdrata Dei gratia Abbatissa dicti Monasterii concedit per enfiteusim Andree, & Alberto Zaffo fratribus quinque tornaturias terre, quas ipsi emerant a Rodulfo de Arardo, & quondam fuerunt de Domo Tibertorum, positas in CASALE plebe S. Zaccarie, a primo latere Zaniolus, & Agolante, a secundo SALADINUS; a tertio Simon, & D. Gemma, &c.

NUM. CXXIX.

Ex eodem Tabulario.

An. 1221. Februarii 28.

In claustro Monasterii S. Andree. D. Gualdrada Abbatissa concedit per emfiteusim iisdem unam petiam aratoriam, quam emerant a SALADINO, & unam mediam tornaturiam a Rodulfo Arardi, que omnia fuerant de domo Tebertorum in Casale plebe S. Zaccarie prope SALADINUM, & alios.

NUM.

NUM. CXXX.

Ex Tabular. Episcop. Sarsinae in Vol. = Collettanea di cose antiche pag. 57.

An. 1223. Octob. 3.

Apud Cesenam in Domo Rigonis de Pidriolo. Cazzaguerra de Monte Petra filius quondam Johannis Begni vendit Alberico Episcopo Sarsenati quartam partem Castri, Burgi, & Curtis Montis Petre, & medietatem alterius partis de omni eo, quod SARACENUS ALBERICI habuit in Castro Montis Pape, & Curte, & Opplo; & insuper vendit emptionem quam fecit a RAINERIO RAVALDINI in Monte Papa, & Opplo, & possessiones, & tenimentum MARTINI DUCIS, & ius, quod habebat in utroque Foro D. SARACENI DE ALBERICO. Et promittit, quod D. Agnes eius Uxor, & SARACENUS eius Socer hec omnia confirmabunt.

Non dubitandum hic agi de Alberico, & Ravaldino Leviris D. Clarae, & proinde fratribus Honesti, & Patruis Saladini, de quibus supra Num. 112. *&* 124. *Observandum nominari praedia, & latifundium Martini Ducis. Plures inde conjecturae. Ex monumentis inferius producendis clarius apparebit Honestiorum dominium in bonis, & Castris in hac charta expressis, & agnatio familiarum Honesti, Alberici, & Ravaldini filiorum Petri de Honesto, de Petro, de Honesto.*

NUM. CXXXI.

Ex Tabul. Episc. Sars. in eodem Volum. pag. 70.

An. 1225. Septemb. 30.

Albericus Episcopus Sarsine concedit in Enfiteusim RAINERIO RAVALDINI, eiusque filiis, & Nepotibus bona, Castra, &c., que aquisivit a Cazzaguerra, quondam Johannis Begni.

De Rainerio Ravaldini honorifica mentio apud Chron. Tholosani Num. 264. 265.

NUM. CXXXII.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1225. Decembris 2.

In villa, que dicebatur Lampianus. Notitia recordationis de mensura possessionis Monasterii S. Marie Rotunde infra plebem S. Zaccarie. Inter alias, describitur una petia terre prope Saladinum de Domina Clara.

NUM. CXXXIII.

Ex Tabulario Archiep. Rav. Caps. L. Num. 5233.

An. 1234. Junii 14.

In Palatio Communis Cesene, in Consilio Maioris credentie: Rainerius Giorgi Potestas Cesene, & Consilium dant Dominis Manzino Cesene Episcopo, & Magistro Petro Camerario D. Archiepiscopi Ravenne petentibus nomine dicti Archiepiscopi plenam fidanciam, & securitatem Castrorum Case Murate, Montiliani, & Montis novi, &c. Interfuerunt Albericus Saraceni, Lanfrancus Uguzonis, Drudo Gaudentii, & plures alii.

NUM.

NUM. CXXXIV.

Ex Tabulario Archiepis. Raven. Caps. G. Num. 2964.

An. 1236. Novemb. 15.

RAvenne. Thedericus S. Ravennatis Ecclesie Archiepiscopus constituit procuratorem ad recipiendum consensum a Domina Tusca Uxore Domini SALADINI de AUNESTO super venditione de 25. Tornaturiis silve in STADILIANO.

NUM. CXXXV.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1243. Septembris.

RAvenne. Clemens Abbas Monasterii S. Apollinaris novi concedit nomine laborationis Guilielmo Lauterii, & fratribus unam petiam terre in fundo Arzignani Territorio Ravenne, & plebe S. Zaccarie; a primo latere Cazzaguerra Frisie, & heredes Johannis Notarii; a secundo Arconus Sassi, & eius Nepotes, a tertio habuit quondam SALADINUS AUNESTI; a quarto ius Canonice S. Marie in Portu.

Anonymus Historicus gentis Honestiae Num. 379. nescio qua ratione apppellavit Saladinum Honestium = Il Grande = *In Tabulario Archiepiscopali Caps. Q. Num. 4. Caps. S. Lit. B. B. Num. 4., & lit. E. E. Num. 5. ubi agitur de rationibus Depositarii Communis Ravennae circa annum* 1220. *haec habentur* = *Saladino V. lib. pro facto Carocii* = *Saladino quando ivit Bononiam XL. lib.* = *Saladino, & Liuzolo XII. lib. quando iverunt Mantuam* = *XXX. lib. Saladino quando ivit in Lomberdiam cum Petro de Corbo, & Undevolvi* = *& idem Saladino XII. lib. quando ivit in Montanea* = .

NUM.

NUM. CXXXVI.

Ex Tabulario Monaster. S. Vitalis Raven.

An. 1246. Junii 30.

In Palatio Communis Ravenne coram D. Rainaldo de Foro Judice Communis Ravenne pro Imperiali Camera. Divisio bonorum inter Montanarium Curatorem filiorum D. Ravenni de Biniis, & Guidonem AUNESTI curatorem filii naturalis D. Lotharengi.

NUM. CXXXVII.

Ex Tabulario Portuensi. Caps. A. Num. 78.

An. 1248. Decembris 30.

Ravenne in Palatio Communis. Domini AUNESTUS filius olim D. SALADINI, & Guido filius olim D. Alberici de Polenta, & alius Guido filius quondam D. Lamberti de Polenta, propinqui, & amici quondam D. Pauli Traversarii petunt a D. Alberto Cazanimici de Bononia Potestate Ravenne constitui Curatores bonis Guilielmi, & Ayche filiorum olim dicti Pauli, & detentorum in captivitate. Deputati fuerunt in Curatores Jacobus Isacchi, & Uspinellus Elisei.

Clare apparet Honestiorum propinquitas a Carrario toties memorata Num. 295. 297. 298. *cum Traversariis non solum, sed etiam cum Polentanis, quibuscum dissensiones dein ortae sunt. Earum origo nobis videtur tribui posse privatis dissidiis, & querelis inter descendentes Lamberti, & descendentes Alberici de Polenta, nec publice apparuerunt, nisi post annum* 1273. *Honestii, & Traversarii partes sequuti Guidonis Ricii de Polenta, & ejus filiorum post plurimas vicissitudines tamen succubuerunt, & expulsi fuerunt. Num.* 288. 513.

313. 342. *&c. Multa de Traversariis, & Polentanis collegimus, quae aliquando lucem videbunt.*

NUM. CXXXVIII.

Ex Tabular. Portuensi. Caps. A. Num. 390.

An. 1250.

SEries nominum, & pensionum, quas solvere debet Schola Piscatorum pro Vallibus Jusvetri, & Fenaria singulis annis. Inter multos describuntur Heredes Domine Fidei, pro decem sacchis, 50. sol. Raven., pro qua Domina Fide sunt D. AUNESTUS, D. JOHANNES DUX, & D. SARACENUS quondam D. SALADINI.

NUM. CXXXIX.

Ex Tabulario Secr. Commun. Rav. in Cod. Membran. Statut. Rav. Rubr. 49.

An. 1250. circiter.

STatutum Domini Saraceni. Item statuimus, & ordinamus quod licitum sit Viro Nobili Domino SARACENO, quondam D. SALADINI ad Consilium generale, & Consilium credentie non venire, nisi quando ei placuerit, & quod Potestas dictum D. Saracenum ipsa occasione non possit in aliquo condempnare, & sit precisum.

NUM.

NUM. CXL.

Ex Tabular. Monast. Monial. S. Clarae Raven.

An. 1257. Januarii 14.

RAVENNE. D. JOANNES DUX filius olim D. SALADINI dat in solutum D. Jacobo de Bernardo pro dote D. Clare sororis sue, & illius Uxoris, plura bona in plebatu S. Zaccarie iuxta alia bona, que pro eadem causa habuerat a Saraceno eius fratre, & hoc in executionem legati D. Saladini Patris sui pro tertia parte.

Ex charta Tabularii Archiepiscop. Caps. G. Num. 3000. *anno* 1234. *apparet Jacobum de Bernardo Potestatem fuisse Ravennae, & in altera ejusdem Tabularii anno* 1250. *Caps. M. Num.* 5801. *indicatur Nobilis Vir Jacobus de Bernardo.*

NUM. CXLI.

Ex Tabular. Episc. Sars. in Cod. Collettan. pag. 84. *&* 214.

An. 1258.

ATTESTATIONES antiquae super iuribus Episcopatus Saxen. Narratur ortam fuisse quaestionem inter D. ONESTUM de Ravenna, & D. RAINERIUM de Monte Castello super Castro Taybi, & quod D. Johannes Episcopus cognovit, & terminavit quaestionem inter D. ONESTUM, & D. Albericum quondam Saraceni, & quod emit a GUIDONE Comite Falcini portionem Ceule, Linarii, Petrelle, &c.

Lites Honesti cum Rainerio de Monte Castello super Castro Taybi, & cum Alberico Saraceni, & emptio Episcopi Sarsinat. a Guidone Comite Falcini tempus indicant, quo Honestii Caesenates domicilium statuerint in suis Castris, ubi per CC. annos & ultra moram traxere, & etiam communem originem clariorem ostendunt.

NUM.

NUM. CXLII.

Ex Tabular. Archiepis. Raven. Caps. P. Num. 8357.

An. 1258. Maii 8.

RAVENNE in Domo quondam D. JOHANNIS DUCIS. D. Horabilis uxor relicta quondam D. Johannis Ducis, & tutrix testamentaria JOHANNIS DUCIS, & Tusche filiorum, facit inventarium presentibus D. SARACENO, & D. HONESTO fratribus defuncti. Inter alia multa describit domum antiquam D. SALADINI apud S. Damianum; Curiam domnicatam novam, & veterem; homines de Castiliono, medietatem Castri Montis Sassi, & Mastri, partem Mercati quondam D. Saraceni iuxta Burgum S. Damiani, tertiam partem plebis S. Damiani; partem Castri Taibi, quartam partem Castri.... PRO INDIVISO cum D. RAINERIO RAVALDINI, & alia bona, & Castra.

Plura observatione digna. Dominium Honestiorum in Montem Saxum de quo supra Num. 7. Dominium Honestiorum Ravennatium commune cum D. Rainerio Ravaldini, a quo Honestii Caesenates descendunt, de qua communione alia indicia, imo probationes apparent Num. 106. 130. 131. 141. 221. &c., tandem distinctio antiquioris Saraceni jam mortui, a Saraceno adhuc vivente fratre Honesti, & Joannis Ducis, qui prioris Saladini filii erant.

Num. CXLIII.

Ex Bibliot. Gambalunga Arim.

An. 1263. Martii 3.

ARchiepiscopus Ravenne concedit in Enfiteusim Malateste de Veruculo Castrum Giagioli presentibus Azzo Comite Bagnacavalli,

li, Viro nobili Guelfo de eodem loco, Domino HONESTO, quondam D. SALADINI, D. SARAZENO fratre eius, VINCENTIO filio dicti D. Honesti, D. Guidone, quondam D. Lamberti de Polenta, D. Ugone de Saxo, & aliis Nobilibus de Ravenna.

NUM. CXLIV.

Ex Tabular. Secr. Commun. Rav. N. 71.

An. 1264. Januarii 7.

IN Episcopatu S. Cassiani Civitatis Comacli in pleno Arengo ipsius Civitatis. Pedreanus filius Guidotti Vicarius Dominorum Horlanducci D. Honesti, & Borgognoni de Badais Potestatum Comacli, & Consilium constituunt procuratorem ad declarandum inter alia, quod semper fuerunt sub iurisdictione, & servitio Civitatis Ravenne.

NUM. CXLV.

Ex eodem Tabulario. Num. 10.

An. 1264. Januarii 9.

RAVENNE in Palatio Communis. Presentibus Orlanducio D. AUNESTI, & aliis. Declaratio suprascripti procuratoris de subiectione Civitatis Comacli.

NUM.

NUM. CXLVI.

Ex Tabular. Portuensi Raven. Caps. G. Num. 1846.

An. 1265. Februarii 10.

RAvenne. Presente D. SARACENO quondam D. SALADINI, & aliis, Philippus Archiepiscopus concedit ad renovandum multa bona Canonice Portuensi.

NUM. CXLVII.

Ex Diaceptis Tabularii Classensis. Raven.

An. 1266.

APparet hoc anno D. Aycham de AUNESTIS possedisse bona in plebatu S. Cassiani in Decimo = anno 1280. D. Vincentium de Aunestis in eodem plebatu = anno 1286 haeredes D. Ayche de Aunestis = anno 1294. Joannem Ducem habuisse Domum prope plateam maiorem, Ecclesiam S. Marie in pace, viam, quae ibat ad Circlum, & Ecclesiam S. S. Fabiani, & Sebastiani = anno 1304. D. Aunestinam filiam quondam D. Aunesti de AUNESTIS, & Uxorem quondam Joannis de la Fontana possedisse in Civitate Ravenne unum terrenum, quod fuit quondam D. Fidei positum in Guaita S. Agatae maioris, & postea anno 1546. concessum D. Hostasio de Polenta.

NUM. CXLVIII.

Ex Tabul. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1267. Maii 12.

RAvenne in Ecclesia maiori. D. Drudus Signorelli, filius olim D. Signorelli, Ubaldinus de Signorellis nepos olim Dusdei, D. Vi-

talis, & Ugo de Saxo, &c. Vendunt D. Jacobo Abbati Monasterii S. Marie Rotunde omne ius in insula Palazoli ultra Badarenum; ab uno latere aqua Badareni, a secundo fossatus, qui erat inter Monasterium, & bona quondam de Tebertis, & ONESTIS, ab alio via, que veniebat a Planetolo usque ad quinque pinos, a quarto via de val de tesa usque ad mare, & heredes quondam ONESTI, PETRI, DE ONESTO.

Signorellios a Dusdeis descendisse plura monumenta indicant. Ex hac charta etiam inferri potest Dusdeos, Saxios, Tibertios, & Honestios ad unam Gentem pertinere. Clarius etiam apparet patrem Saladini fuisse Honestum, & hunc filium Petri de Honesto.

NUM. CXLIX.

Ex Tabular. Secr. Commun. Raven. Num. 20.

An. 1269. Octobr. 19.

In generali Concilio Ravenne eligitur inter alios D. AUNESTUS ad conveniendum cum Fratribus Predicatoribus super assignatione loci, & constructione Ecclesie, & Conventus.

NUM. CL.

Amadesius Chronot. Antist. Rav. To. III.

An. 1270. Novemb. 16.

Ravenne in Ecclesia S. Theodori. Presentibus D. Guillelmotto Domino Domus Traversariorum, D. HONESTO quondam D. SALADINI, D. Guidone quondam Alberici de Polenta, & multis aliis. Episcopi, & Chorus Ecclesie Ravennatis constituunt procura-

cura-

curatorem ad petendam confirmationem D. Percivallis Canonici Lincoln. in Archiepiscopum Ravenne electi.

NUM. CLI.

Ex Tabular. Archiep. Rav. Caps. N. Num. 6421.

An. 1276. Januarii 13.

In Consilio generali Civitatis Arimini. Nobilis vir D. Armannus de Saxoferrato Potestas Arimini, & Consilium constituunt D. Berlengerium de Amorosis procuratorem ad compromittendum in D. Bonifacium Archiepiscopum Ravenne pro firmanda pace inter commune Arimini, D. Malatestam de Veruculo, Paulum eius filium; exteriores S. Marini, S. Agathe, Cesene, Forimpopuli, Faventie, &c. ex una parte, & D. Guidonem Comitem Montisferetri, D. Joannem quondam D. Ramberti Malateste, exteriores Civitatis Arimini, & D. HONESTUM de Ravenna suo nomine, & exteriorum Civitatis Ravenne, &c. ex altera parte.

NUM. CLII.

Muratorius Antiquit. Med. Aevi Dis. LXXII.

An. 1278.

Regestum de recognitionibus, & homagiis, ac fidelitatis iuramentis per Communes, & homines Bononie, Faventie, Cesene, Arimini; nec non Guidonis Comitis Montis Feretri, Malateste de Veruculo, VINCENTII D. HONESTI pro terris, quas tenebant a Romana Ecclesia. Item instrumenta iuramentorum fidelitatis infrascriptorum BARONUM D. Nicolao P. P. III., scilicet Comitis Guidonis de Monteferetro, D. Malateste de Veruculo, D. VINCENTII D. HONESTI, &c.

NUM.

NUM. CLIII.

Ex Tabular. Secr. Commun. Rav. Num. 49.

An. 1287. April. 23.

Cesene. Acta Curie generalis tempore magnifici viri D. Petri Stefani Romanorum proconsulis, totius provincie Romaniole, Civitatis Hurbini, Castri Brittonorii, & Civitatis Bononie, & pertinentiarum Comitis, & generalis Rectoris, in causa alimentorum pro D. Sanguinea Uxore quondam D. Honesti Matre, & Tutrice Johannis Fantini, & Honestine eorum filiorum, & heredum dicti quondam D. Honesti de HONESTIS contra heredes D. Vincentii de Honestis, scilicet Bartolinum, & Valiranum fratres, & filios quondam dicti D. Vincentii de HONESTIS morantes ferrarie.

Sanguinea Uxor ex secundis Nuptiis Honesti Honestii fuit de Gente Faventina Accarisiorum Num. 380. *quae Gens quandoque in eadem Civitate est dominata.*

NUM. CLIV.

Ex eodem Tabulario. Num. 51.

An. 1287. Augusti 27.

Cesene. Acta in eadem causa coram D. Petro Stefani Romanorum Proconsule, & Provincie Romandiole Comite. Condemnati fuerunt Nobiles Viri Honestinus, Saladinus, Bartolinus, & Valiranus fratres, & filii quondam D. Vincentii de Honestis de Ravenna ad prestanda alimenta D. Sanguinee, & D. Aunestine eius filie pro dimidia hereditate quondam D. Honesti de Honestis. Ex pluribus attestationibus, & interrogatoriis apparet conspicuam fuisse hereditatem supradicti D. Honesti de Honestis. Inter alia fit mentio de Castris Linaro, Taybo, Monte Sasso, S. Damiani, Plagie, & aliorum; DE MERO, ET MIXTO IMPERIO in eadem

dem Castra; de pedagio Castellionis; de potentia EORUM INIMICORUM, de Turri, Curia, & duobus Molendinis in Castilione, & quod vivebant honorifice cum Equis, & Armis, &c.

NUM. CLV.

Ex Tabular. S. Dominici Raven. B. I.

An. 1289. Januarii 5.

RAvenne. Sententia Vicarii Archiepiscopi Ravenne contra Dominos Aunestinum, Saladinum, Valiranum, & Bartolinum filios, & heredes quondam D. Vincentii, olim filii D. Honesti fratris, & heredis quondam D. Saraceni de AUNESTIS ad solvendum Loco Fratrum Predicatorum de Ravenna mille centum quinquaginta libras Ravignanorum, secundum formam testamenti dicti Saraceni.

NUM. CLVI.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1290. Maii.

RAvenne. Monasterium S. Apolinaris novi concedit iure libelli Ursiolo de Lambardanis unum ferratum, & unam Domum in Regione S. Theodori prope plateam maiorem; viam, qua itur ad domum monete veteris; Heredes D. SALADINI, & Ecclesiam S. Pantaleonis de Ravenna.

NUM.

NUM. CLVII.

Federicius Cod. Pompos.

An. 1291. Februarii 13.

ALdiginus Abbas Monasterii S. Apolinaris novi concedit Sorori Tarisie Priore Loci sororum S. Marie in Padriele foris muros Ravenne quatuor petias terre in Plebatu S. Cassiani, & in Silva STADILIANI; quas olim habuit D. Fides Uxor Joannis Ducis de DOMO DUCUM, relictas dicto loco per D. Mariam filiam dicte D. Fidei.

De Joanne Duce, & Domina Fide aliqua observavimus Num. 108. 110. 115. 138. *Hic observandum = de Domo Ducum =*

NUM. CLVIII.

Ex Tabular. Secr. Commun. Raven. Num. 39.

An. 1292. Martii 6.

RAvenne. Protestatio, & appellatio Ravennatium contra D. Aldobrandinum Episcopum Aretinum, & Romandiole Comitem.

Inter alios appellantes, & protestantes, ut ut corrosio chartae permittebat, legimus Saladinum, aliosque Honestios.

NUM. CLIX.

Ex Tabul. Archiep. Rav. Caps. R. lit. V. Num. 2.

An. 1292. Aug. 30.

CESENE in Pallatio Communis coram Nobili Viro D. Malatesta quondam magnifici viri D. Malateste de Veruculo honorabili Potestate Civitatis predicte. Nobilis Vir D. Johannes Fantinus

natus

natus quondam Magnifici viri D. Honesti de HONESTIS de Ravenna vendit D. Bonifatio Archiepiscopo Ravenne suam portionem Castrorum Taybi, Mastri, Montis Sassi, S. Damiani, Mercati Saraceni, Collonate, Piaie, Pereti, Montis Petre, & Bovii, nec non MEDIETATEM TERTIE PARTIS de eo quod fuit D. Alberici Saraceni, & de eo quod fuit DE IURISDICTIONE D. CAVALCACOMITIS, & de hominibus, bonis, iurisdictionibus, vigore etiam privilegiorum PAPALIUM, & IMPERIALIUM, & quartam partem tertie partis de omni, & toto eo, quod olim habuit D. Saladinus, & octavam partem MOLENDINI IN PLANO LAGI; magnam partem quorum bonorum, & Castrorum possidebat pro indiviso cum Nobilis Viris D. Johanne Duce, quondam D. Johannis Ducis, & D. D. Honestino, Saladino, Bartholino, Valirano filiis olim D. Vincentii nati quondam D. Honesti de Honestis, ET CONSORTIBUS; & erant posita in Comitatu Bobiense, & Feretrano. Inter plures fines nominantur Domini Montis Castelli. Consecutive in DOMO heredum Magnifici viri D. Honesti de Honestis Cesene Nobilis Mulier D. Sanguinea Uxor olim dicti Magnifici viri consensum prestitit supradicte venditioni.

Indicium apparet Communionis Castrorum, & bonorum cum Honestiis Caesenatibus Dominis Montis Castelli; de qua Communione nullum dubium. Num. 130. 131. 141. 142. 161. 171. 221., & 106. &c.

NUM. CLX.

Ex Tabulario Monast. Classen. Raven.

An. 1295. Junii 12.

RAvenne in strata publica. Gerardus Abbas Monasterii S. Severi concedit iure libelli Bartolomeo Pelizario unum spatium ter-

re Ravenne in Regione S. Salvatoris prope murum Civitatis; viam, que ibat ad S. Stefanum in fundamento, & heredes Benvenuti Ducis, & Domini AUNESTI.

NUM. CLXI.

Ex Tabulario Archiepis. Raven. Caps. R. Num. I. Lit. R.

An. 1296. Decemb. 9.

IN Villa Castillionis Ravennaten. Diocesis in Curte, & sub porticu Domus venditoris. Nobilis Vir Johannes Dux natus quondam D. Johannis Ducis de HONESTIS de Ravenna vendit Archiepiscopo Ravennati suam partem Castrorum ut in Instrumento anni 1292. Num. 159. D. Horabilis Mater. D. Johannis venditoris, D. Leonarda eiux Uxor, & D. Thusca Soror consensum prestiterunt.

NUM. CLXII.

Ex Tabular. Montis Pietatis Raven.

An. 1296. Maii 10.

CESENE. D. Agnes filia quondam D. Guidonis de Pratis pro remissione peccatorum suorum, & Valirani sui Nepotis, donat Ecclesie S. Johannis in Bezzo Ravenne unam petiam terre in plebatu S. Cassiani presentibus Bartholino quondam D. AUNESTI, & Simone D. Aunesti.

NUM.

NUM. CLXIII.

Ex Tabul. Secr. Comm. Raven. Num. 2.

An. 1296. Junii 7.

Arimini. Citatio ad comparendum coram D. D. Tadeo de Assisio, & Guilielmo de Parmenghis de Parma Judicibus Provincie Romandiole contra D. Guilielmum de Traversariis, D. Petrum eius filium, D. Albericum de Polenta, Jeremiam, & Franciscum fratres, & filios quondam D. Guidonis Ricci de Polenta, Malvisinum de Bagnacavallo, Valiranum, Saladinum, Aunestinum, & Bartolinum fratres de AUNESTIS, & Joannem Ducem de AUNESTIS omnes de Ravenna absentes, & accusatos a D. D. Guidone de Polenta, & Hostasio, & Lamberto eius filiis.

NUM. CLXIV.

Ex Tabul. Secr. Comm. Raven. Num. 3.

An. 1296. Augusti 5.

Arimini. Sententia contumacialis contra eosdem, eo quod cum multitudine hominum Armatorum Equitum, ac peditum fecerunt guarnimentum contra Civitatem Ravenne, & contra D. D. Guidonem de Polenta, & Hostasium, & Lambertum eius filios, & particulariter condemnati fuerunt heredes Valirani de HONESTIS, eo quod contravenerit instrumento pacis ab eo firmate nomine proprio, & Johannis Ducis de Honestis.

NUM. CLXV.

Ex Tabulario Azzurinio Favent. Sac. V.

An. 1297. Octobr. 30.

SEries processus cum sententia in lite inter Philippum de Ordelaffis de Forolivio nomine Uxoris suae Hemme filiae D. RAINERII DE RAVALDINO, & Dominorum Rainerii, Guidonis, Ravignani, & Maynardi fratrum de Ravaldino, qui DE MONTE CASTELLO nominati sunt contra Commune Faventiae super Molendinum prope Civitatem Faventiae. Et quia Faventini expoliaverunt dictos Dominos, de quorum antiquissima possessione non extabat memoria, & partes compromiserunt in D. Bandinum de Mutiliana Thusciae Palatinum, ipse condemnavit Commune Faventiae.

De hoc insigni monumento ad probandam Honestiorum Caesenatium originem, dominia, & proximitatem cum Ordelaffiis verba fecit Tonduccius pag. 353., & Mittarellius in Scriptor. Rer. Faventin. pag. 526. ejusdem summam publicavit.

NUM. CLXVI.

Ex Tabular. Classen. Raven.

An. 1298. Septemb. 22.

RAvenne in Curte Domus Artusinorum. Petrus Abbas Monasterii S. Severi Ordinis Cisterciensis dedit per pactum procuratori Nobilis Mulieris D. Zoanne filie olim D. Rainerii de Fazola Uxori quondam Nobilis Viri Saladini de AUNESTIS de Ravenna, & Tutrici D. D. Clare, Cateline, & Agnesie eorumdem filiarum; moran-

morantes in Civitate Castelli, nec non Nobili Viro Aunestino de Aunestis de Ravenna, bona in plebatu S. Cassiani in Decimo in Padriano.

NUM. CLXVII.

Ex Tabular. Monast. S. Vitalis Raven.

An. 1307. Martii 10.

RAvenne in domo infrascripte. D. Aunestina filia quondam D. Aunesti de AUNESTIS de Ravenna, & Uxor quondam Johannis de Fontana restituit Monasterio S. Marie Rotunde litus Maris, quod appellabatur litus Planetoli per Antecessores suos, & ipsam occupatum.

Celebris familia Fontania in Historiis, & Monumentis Ferrariensibus. Multa etiam Rubeus de Fontaniis Lib. V.

NUM. CLXVIII.

Ex eodem Tabulario.

An. 1310. Julii 3.

RAvenne. Diotalevi Abbas S. Marie Rotunde dedit iure ficti Nobili Militi D. Lamberto de Polenta totam insulam Palazoli; uno latere Mare, & litus Maris, alio canale Perotoli, alio Canonica S. Marie in Portu, alio Canale Badareni; & stazum quondam D. AUNESTI.

NUM. CLXIX.

Ex Tabular. Archiep. Raven. Caps. E. Num. 1212.

An. 1313. Martii 26.

RAvenne. Testamentum D. Ghiselle filie quondam D. Ichibaldi de Ravenna. Inter Legatarios nominatur D. Catalina filia quondam D. Saladini de AUNESTIS.

NUM. CLXX.

Ex Tabulario S. Romualdi de Urbe.

An. 1318. Novemb. 17.

CEsene. Matheus Abbas Monasterii S. Apollinaris in Classe renovavit Nobili Viro JOHANNI DUCI OLIM DE RAVENNA NUNC DE CESENA de quibusdam terris in plebatu Cistini Territorio Cesene. = De anno 1365. innovatus fuit Franciscus quondam Savanelle de Agusellis.

NUM. CLXXI.

Ex Tab. Archiep. Rav. in Diacept. Vet. fol. 365.

An. 1325.

Joannes Dux de AUNESTIS filius quondam D. Joannis Ducis solvit Ecclesie Ravenne pensiones pro duabus partibus tertie partis totius Ducatus, de quibus investitus fuit pro indiviso cum D. Saraceno suo Patruo; & pro tertia parte integra Castri, & Curtis Bovii, de qua investitus fuerat cum D. Saraceno, & Honesto anno 1264.

Si Saracenus, Honestus, & Joannes Dux fratres Honestii possidebant tertiam partem Ducatus, & Castri Bovii, facile altera pars pertinuit ad Honestios Caesenates, & altera ad Albericum filium alterius Saraceni. Hinc lux monumentis annorum 1292., & 1296. *Num.* 159. 161. *Immo ex Num.* 186. *videtur nec dubitari posse.*

NUM. CLXXII.

Ex Tabul. Monast. Monial. S. Clarae Rav. Num. 33.

An. 1328. Januarii 21.

RAvenne. D. Clara filia quondam D. Albertini de Berardenghis vendit petiam terre Plebatu S. Pancratii prope fluvium Montoni, & AUNESTOS de Ravenna.

Post haec tempora Honestiorum Ravennatium nullum monumentum a nobis reperiri potuit. Rubeus eorum postremam expulsionem coniicit in annum 1343. *Num.* 342., *alii postea. Num.* 288. *Forsan in Tabulariis Ravennatibus alia plura existunt Honestiorum monumenta, immo certe credimus. Sed eorum inventio nec expedita, nec parvi momenti. Membranae Ravennates excedunt numerum triginta millium. Tabularia Archiepiscopale, & Portuense habent indices, sed nondum completos. Reliqua, excepto Tabulario S. Vitalis, aut sine indicibus, aut informibus. Indices ipsi quos diximus nec sine erroribus, nec sat luculenti. Accessus nec commodus, nec facilis. Tandem soli non possumus omnia. Potuimus tamen trium annorum intervallo haec non solum colligere, sed etiam non levem copiam rariorum monumentorum, quae simul quandoque lucem videbunt, antequam obrepat non intellecta senectus.*

NUM.

NUM. CLXXIII.

Ex Tabular. Monast. Classen. Raven.

An. 1332. Octobris 4.

Ravenne. Thomas Abbas Monasterii S. Severi concedit iure pacti Alixandro filio Zaniolo de Vetis terras in plebe S. Cassiani in Scola, & fundo padriani, quas olim per similem contractum tenuerunt Nobiles Mulieres Clara, Catelina, & Agnesia filie olim D. Saladini de AUNESTIS.

NUM. CLXXIV.

Ex Tabul. Secr. Com. Raven. in Cod. Polentano pag. 49.

An. 1338. Martii 5.

Joannes filius quondam Bonatini Cambii de predagudola universalis heres D. Magdalene Uxoris olim D. JOHANNIS FANTINI de HONESTIS donat D. Hostaxio de Polenta quinquaginta tornaturias terre in Castilione, que quondam fuerunt D. SARASINII.

NUM. CLXXV.

Ex eodem Tabulario, & Codice pag. 57.

An. 1338. Novemb. 26.

D. Leta de Polenta emit ab Honesto quondam Johannis de la Fontana de Ferraria, & quondam D. Honestine filie olim D. Honesti habitatore Ravenne tornaturias 383. positas in plebatu S. Zaccarie, Scola CASTILIONIS prope flumen Sapis, Silvam Stadiliani, D. Orabilem filiam quondam D. Johannis Ducis de Honestis, D. Hostaxium de Polenta, & alios; Nec non iura & a-

ctiones

ctiones in Molendinis, & Aqueductibus de Castiliono. Quorum bonorum fundi nominantur Paradisi, de Rambaldis, Castiglioni, Zarfoni, Cazza, STADILIANI, berlede, &c. In venditione comprehenduntur etiam omnia, que habebat in Civitate & districtu Ravenne.

NUM. CLXXVI.

Ex eodem Tabulario, & Codice pag. 53.

An. 1339. Maii 23.

D. Leta de Polenta emit a Nerio Comite de Carpegno, & a Figliuccio de Agusellis de Cesena heredes D. Clare filie quondam Saladini de Honestis, & D. Cataline Uxoris quondam Honestini de HONESTIS omnia iura, & actiones in terris, & pascuis positis in Territorio Cervie fundo Malamane Plebatu Pisignani pro indiviso cum D. Hostaxio de Polenta prope Carrariam Ravignanam, & in Territorio Ravenne Plebe PISIGNANI, & S. Zaccarie, & in fundis Rasura, Pradadari, Busche del ponte de la vecla, S. Crucis inter silvas, Stadiliani, &c. nec non iura in Molendinis, & Aqueductibus Castigluni, & Silva STADILIANI.

Carrarius, Rubeus, aliique honorificam mentionem fecerunt de Nuptiis Clarae filiae Saladini Honestii, & Uxoris Rainaldi Comitis Carpigni. Num. 317. 339.

NUM. CLXXVII.

Ex eodem Tabulario, & Codice pag. 55.

An. 1342. Septemb. 14.

D. Hostaxius de Polenta emit a D. Horabile filia quondam D. Johannis Ducis de Honestis, & Uxor Carati de Argugloxis plura bona in plebatu S. Zaccarie, Villa, & Scola Castigliuni, cum quatuor Curiis, & posta Molendini in Flumine Sapis.

NUM. CLXXVIII.

Ex eodem Tabulario, & Codice pag. 61.

An. 1351. Septemb. 23.

RAvenne. Paulus filius quondam Ser Jacobi Joannis Cambii de Cesena vendit D. Bernardino filio quondam D. Hostaxii de Polenta unam petiam terre Plebatu Pisignani, Scola Castigliuni, quam Johannes FANTINUS in suo testamento reliquerat Ser Jacobo Petrucio, & Cambiucio.

NUM. CLXXIX.

Ex Tab. Ep. Sar. in Cod. Collettanea di var. cose antiche pag. 56.

An. 1351. Decembris 2.

D. Franciscus de Calbulo Episcopus Saxen. concedit in Emphiteusim D. Malatestino quondam Manfredi de Valbona omnia, quae fuerunt olim D. Johannis Ducis de ONESTIS de Ravenna in terris Poderis, videlicet in Castris Montis Sassi, Mastri, Taybi, Piaiae,

Piaiae, Collonatae, & Montis Pellani, cum omnibus iurisdictionibus, &c. devoluta eius Episcopatui ob lineam finitam.

NUM. CLXXX.

Ex eodem Tabulario, & Codice pag. 199.

An. 1364. Februarii 9.

Monte Castello in Girone. Nobilis Vir Mainardus quondam Nobilis viri RAVALDINI de Monte Castello per se, & vice, ac nomine Michaelis eius fratris innovavit D. Agnesiam.

NUM. CLXXXI.

Ex eodem Tabulario, & Codice pag. 151.

An. 1365. Augusti 12.

Joannes Episcopus Saxenat. innovavit in Feudum Nobilibus Viris Mainardo, & Michaeli filiis Nobilis Viri Ravaldini de Monte Castello, Castrum Montis Castelli, Castellare Serravalle, & Castellare Valbiani.

Ravaldinus videtur ille, de quo in Chronic. Caesen. ad annum 1338. *Num.* 185., *filius Ravaldini, de quo mentionem fecimus ad annum* 1297. *Num.* 165. *& faciemus Num.* 184., *ut qui fuerit Avus Mainardi, Michaelis, & Rodulphi.*

NUM. CLXXXII.

Ex eodem Tabulario, & Codice pag. 199.

An. 1370.

COMITES Michael, & Mainardus Ravaldini.

NUM. CLXXXIII.

Ex eodem Tabulario, & Codice pag. 152.

An. 1370. Septemb. 2.

IN margine = DOMINI MONTIS CASTELLI, Serravalle, & Valbiani = Nobiles Mainardus, & Michael quondam Nobilis Ravaldini de Monte Castello dederunt licentiam D. Johanni Episcopo disponendi de Hominibus Valbiani eius vita durante pro custodia Castri novi diurna, & nocturna & eius reparatione.

NUM. CLXXXIV.

Ex eodem Tabulario, & Cod.

An. 1371. Decemb. 16.

MAinardus, & Michael quondam Ravaldini de RAVALDINO, de Monte Castello.

NUM.

NUM. CLXXXV.

Ex eodem Tabulario, & Codice pag. 140.

An. 1374. Octobris 25.

In Palatio Viezze Prioratus Cellarum. Presentibus Ser Cecco quondam Guiduzii Canon. Saxen., Nobili Viro Michaeli quondam Ravaldini de Monte Castello, & Ser Angelo Roli de Penna Billorum. D. Johannes Epis. Saxen. assignavit custodiam dicti Palatii Ser Guilielmo quondam Fermini de Lorena.

NUM. CLXXXVI.

Ex Tabular. Archiep. Rav. Protocol. XXIII. pag. 313.

An. 1388. Julii 2.

Concordia Ecclesiae Raven. cum Hominibus Castrorum Montis Saxi, Collonatae, Piaiae, Massae, Taybi, Mastri, Burgi S. Damiani, & Strigolae. Narratur anteactis temporibus Ecclesiam Ravennatem emisse a Nobilibus DINO, ET ALIIS DE HONESTIS DE RAVENNA supradicta Castra, nec non Terras PODERIS.

Dinus pertinet ad Honestios Caesenates, & Montis Castelli, ut ex Chronic. Caesenat. an. 1338. *Num.* 285. *Ex Antonin. Num.* 349. *& ex Hist. Gent. Hon. Num.* 382. *Observandum hic memorari emptiones Ecclesiae Ravennatis annorum* 1292. *&* 1296. *Num.* 159. 161., *& aliam anni* 1307., *de qua Carrarius, & Rubeus. Num.* 318. 339. *At tres isti contractus nec cum Honestiis Montis Castelli initi fuere, nec de Castris Serizolae, & Massae verba fecerunt, immo actum fuit etiam de aliis Castris, de quibus hic nulla mentio. Hinc certe deducendum aliam separatam emptionem Ecclesiam Ravennatem fecisse ab Honestiis Caesenatibus, qui Montis Castelli*

stelli dicebantur, & utramque Honestiorum Familiam, aut lineam, ultra plurium Castrorum commune dominium, etiam separata alia Castra possedisse, ut observavimus Num. 159.

NUM. CLXXXVII.

Ex eodem Tabulario, & Protocollo.

An. 1388.

Notatur in quadam Memoria superior emptio, & additur in Campo vocato Saracino aedificatum fuisse Mercatum Saraceni, & OMNIA VICINA CASTRA ad Domum Honestiorum spectasse.

NUM. CLXXXVIII.

Ex Tabul. Episc. Sars. = Collettan. &c. pag. 20.

An. 1400. Febr. 27.

In Castro Montis Castelli, in Girone dicti loci in Camera superiori. Nobilis, & egregius Vir Nannes natus Nobilis Viri Michaelis Ravaldini de Ravaldino de Monte Castello haeres dicti sui patris, ac Dominus, & Vicarius dicti Castri, Curtis, & Dominii, considerata bona, & ANTIQUA servitute, quam SEMPER habuerunt Homines dicti Castri erga illos de STIRPE SUA; per se, & suos heredes, & successores liberavit omnes habitantes a renovatione, &c. & statuit, quod de cetero filiae foeminae, & earum descendentes sint exclusae a successione, &c.

NUM.

NUM. CLXXXIX.

Ex eodem Tabulario, & Cod. pag. 138.

An. 1400. Augusti 11.

Viri Nobiles Lanciarinus olim Agapiti de Silva plana, & nunc de Saxena ex una, & Rodulphus Nicolai de Falcino, & Undedeus quondam Ravaldini de Monte Castello ex alia, in Causa quam habebant super Castro Montis Castelli, & iurium, & pertinentiarum coram D. Rafaele Episcopo promiserunt, &c. Sub pena 200. librarum pro utraque parte, applicandarum pro medietate Magnif. D. Malateste de Malatestis. Presentibus ad Plebem S. Damiani Nobili Gaspari de Malatestis de Arimino, & Nerio de Rubertis de Burgo S. Sepulchri, & aliis. Qui D. Episcopus sententiavit, & D. Lanciarinus appellavit ad Metropolitanum.

NUM. CXC.

Ex Tabul. publ. Caesenae in quodam Lib. pag. 77.

An. 1402. Octobr. 8.

Caesenae R. P. D. Angelus de Perusio Abbas Monasterii S. Laurentii de extra, & prope Caesenam concessit ad renovandum Cecco quondam Galli de Franzano, videlicet de bonis aquisitis a D. Lucia uxore quondam Rodulfi Ravaldini Contratae Trovae intus, &c.

NUM.

NUM. CXCI.

Ex Tabul. Episc. Sarsin.

An. 1406. Martii 1.

In Foro Saraceno. Bondi quondam Lambutii da Monte Castello per se, & suos haeredes, salvo iure dominii, & proprietatis Nobilis Viri Rodulfi Nicolai de Falcino pro pensione, & renovatione vendit Mutiolo Granucci de Falcino, &c.

NUM. CXCII.

Ex eodem Tabulario.

An. 1408. April. 6.

In Ecclesia S. Blasii de Massetta. Praesentibus Nobili Viro Rodulfo Nicolai de Monte Castello, & D. Antonio Johannis de Caesena. R. D. P. Zanfilippus de Negusantibus de Fano Episcopus Saxen. per se, & suos successores dedit licentiam D. Matheo Stefani Rectori Ecclesie S. Leonardi de Taybo ad vendendum.

NUM. CXCIII.

Ex Tabular. Episc. Sars. in Cod. Collet. &c.

An. 1420.

Instrumentum &c. Actum in Monte Castello Provinciae Romandiolae Comitatus Bobii Dioeces. Saxen. Et ego Nicolaus quondam Nobilis Viri Rodulfi de Monte Castello Notarius.

NUM.

NUM. CXCIV.

Ex eodem Tabular., & Cod.

An. 1438. Junii.

Ex Rogitibus Ser Michaelis quondam Nobilis Viri Rodulfi de Honestis de Monte Castello Notarii defuncti, qui liber concessus a Nobili Viro Mainardo de Honestis praedictis, & Johanne olim Michaelis Dominis Castri Montis Castelli.

NUM. CXCV.

Ex Tabular. Elephantutio Raven. L. A. Num. 79. 81.

An. 1441. Januarii 9.

Ravenne. In Curia Magnifici Domini Hostaxii de Polenta in Camera a Coronis in Guaita S. Theodori. Petrus Barbo S. Ro. Ec. Cardinalis, ac Commendatarius Episcopatus Cerviae, innovando concessit Magnifico Militi D. Ostaxio quondam recolendae memoriae Magnifici D. Opizonis de Polenta Ravennae Domini conspicuam quantitatem bonorum in Territoriis Cerviae, & Ravennae in loco, qui dicebatur S. Gervasio, & in Plebibus S. Zaccariae, & Pisignani Schola Castiglioni. Quae bona Saladinus, & Honestinus de Honestis, & D. Horabilis filia quondam Johannis Ducis de Honestis, & Uxor Charati de Argoglosiis, & alii de Honestis, vel eorum haeredes tenuerunt.

NUM. CXCVI.

Ex Tabular. publ. Caesenae.

An. 1445. Julii 31.

CAEsenae. Testamentum Nobilis, & Egregiae Dominae Concordiae filiae quondam Ugolinucii de Palatio de Monte Florum, & Uxoris quondam Nob. Viri Aguselli de Agusellis de Caesena. Reliquit de bonis suis Ecclesiae S. Mariae de Buccaquatuor duos Cereos, &c. In omnibus autem suis bonis, &c. D. Magdalenam Uxorem D. Johannis Mathei, & D. Lucretiam Uxorem MAINARDI RODULFI de Monte Castello filias ipsius Testatricis aequis portionibus haeredes instituit.

NUM. CXCVII.

Ex Diacept. Mensae Episc. Sars. N. 1. pag. 224.

An. 1453.

MIchael filius quondam Antonii olim Ricii de Falcino Sarsin. Dioeces. innovatus fuit ab Episc. Sarsin. de una petia terrae positae in Curte Ceulae in loco dicto Maculinae iuxta viam Comunem, & bona RODULFI DE ONESTIS de Falcino.

NUM. CXCVIII.

Ex Tabulario Publ. Caesenae.

An. 1456. Februarii 19.

CAEsenae. Spectabilis, & eximius Legum Doctor D. Antonius de Grifolis de Terranova vendidit Nobili Viro Mainardo quondam Rodulfi de Monte Castello unam Clusiam Molendini in Territorio Casalboni.

NUM.

NUM. CIC.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1460. Decemb. 19.

CAEsenae in Contrata S. Zanis. Nobilis Vir Mainardus quondam RODULFI DE MONTE CASTELLO concessit ad laborandum Christoforo quondam Tomai habitatori Villae Montalis unam petiam terrae.

NUM. CC.

Ex Statutis Civit. Caesenae Typ. edit.

An. 1465. Januarii 18.

Romae apud S. Marcum. Paulus II. Pontifex inter alia plurima decernit, ut Gottofredus de Iseo cum Castro novo, Gambettola, & Boscho: Joannes Galeottus Eques cum Castro Linarii: Maynardus de HONESTIS cum MONTE CASTELLO, ET FALCINO: Joannes Franciscus de Ciboreo cum ipso loco Ciborii: illi de Tybertis cum Monte Glutone: & illi de Valle Nucis sint adhaerentes, & recommendati Communitati Caesenae, si tamen eorum ad hoc consensus accedat.

NUM. CCI.

Ex Tabular. Elephantutio Raven. L. A. Num. 89. 95.

An. 1466.

IN quodam processu Causae inter R. P. D. Franciscum Portium Episcopum Cerviae, & Magistratum supra Camer. Domin. Venet. inter alia haec habentur = E' la verità i condam Signori de

Polen-

Polenta cazorno alcuni chiamati li HONESTI, de Ravenna. I quali erano *richissimi*, et avevano molte possessioni in diversi luoghi, mà el sforzo in el Territorio de Ravenna. I quali Signori de Polenta vedendose *tegnir indebitamente* per aver qualche favor se inovò dal Vescovo di Cervia, &c.

NUM. CCII.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1473. Novemb. 16.

CAEsene. Nobilis Vir Rodulfus quondam Mainardi de Honestis DE RAVENNA OLIM, & nunc de Monte Castello per se, & nomine, & vice Johannis sui Fratris vendidit unam petiam terrae, &c.

NUM. CCIII.

Ex Tabular. Publ. Sarsinae.

An. 1474. Decemb. 1.

IN Castro Silvae Piavolae, in Domo Nob. Viri Ser Francisci de Negusantibus de Fano. Nobilis Vir Rodulfus quondam bonae memoriae Mainardi de HONESTIS Falcini vendit bona, &c.

NUM. CCIV.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1477. Junii 7.

CAEsenae. Nobilis Vir Rodulfus quondam Mainardi de HONESTIS de Monte Castello per se, & suos haeredes confessus est recepisse a Stephano quondam Hondedei de Monte Veteri, &c.

NUM.

NUM. CCV.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1478. Januarii 16.

CAEsenae. Ser Antonius quondam Johannis Vitalis confessus est recepisse a Nobili Viro Johanne, quondam Mainardi Rodulfi de HONESTIS de Monte Castello, &c.

NUM. CCVI.

Ex Diacept. Vet. Canonic. Caesenae pag. 10.

An. 1479. Novembris 13.

Nobilis Vir Johannes, quondam Nobilis Viri Mainardi de HONESTIS de Monte Castello Dioeces. Sarsin. tenet unum Terrenum Domus, cum Aedificio in Contrata Stratae foris, &c.

NUM. CCVII.

Ex Tabular. Episc. Sarsin. = Collettan.

An. 1484. Februarii 19.

MAgnificus Vir Johannes quondam bonae memoriae Mainardi de HONESTIS de Monte Castello vendidit Baptistae filio quondam Jacobi Angeli de dicto Castro, &c.

NUM. CCVIII.

Ex eodem Tabul. & Cod.

An. 1484. Maii *6.*

ARimini in Contrata S. Giorgii Gentilis in quadam Camera superiori Domus Astulfi de Monaldis de Arimino, presentibus D. P. Ectore quondam Antonii de Curte Canonico Arimini, & D. Galeotto, & D. Joanne ambobus fratribus, & filiis Illmi Principis Sigismundi de Malatestis de Arimino. Magnificus, & generosus Comes Joannes quondam Magnifici D. Mainardi de HONESTIS de Monte Castello habitator in Contrata S. Giorgii Gentilis de Civitate Arimini, & Magnifica D. Humilitas quondam Bernardi de Cazzanimicis Uxor predicti Comitis Johannis vendunt prudenti viro Baptistae, &c.

NUM. CCIX.

Ex Tabular. Publ. Civit. Arim.

An. 1497. Julii 5.

CUm Nobilis Vir Laurentius quondam Magnifici Comitis Joannis de Honestis de Monte Castello habitator Arimini decesserit in Terra Segnae de partibus Sclavoniae, de cuius obitu conscia Nobilis Domina D. Ginebria Uxor olim dicti Laurentii, & filia egregii Viri D. Joannis quondam Andree de Saxis de Arimino facit Inventarium.

NUM.

NUM. CCX.

Ex Diacepto Episcop. Sarsinae N. 1. pag. 313.

An. 1499. Novembris 13.

In Arce Castri Ceulae. Nobiles Viri Mainardus, & Nicolaus fratres, & filii quondam Nobilis Viri Rodulfi de Honestis de Falcino, nomine etiam Joannis Baptistae, & Joannis Marci eorum Fratrum, & filiorum quondam Rodulfi praedicti innovati fuerunt a R. D. Antonio de Monaldis de Arimino Episcopo Sarsin. de pluribus bonis.

NUM. CCXI.

Ex Silva Genealog. Brancaleoni Arim.

An. 1507. Septembr. 28.

Nobilis, & generosus Vir Comes Nicolaus quondam spectabilis, & nobilis Comitis Rodulfi de Monte Castello Comes Castri Falcini Dioeces. Sarsin. ad instantiam Nobilis Viri Jacobi quondam Georgii de Exemptis de Arimino confessus est recepisse ab ipso Jacobo pro dote Nobilis, & pudicae Juvenis D. Joannae filiae legitimae, & naturalis dicti Jacobi, & Uxoris supradicti Comitis Nicolai.

NUM. CCXII.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1513. Ap ilis 5.

Caesenae in Contrata Trovae intus &c. Honesta Mulier Domina Thomasia olim filia Mainardi de Honestis de Falcino Vidua, & Uxor olim Ser Matthei de Martinellis de Caesena, ac haeres

Ser

Ser Joannis Francisci olim eius, & dicti Ser Matthei filii de consensu D. Comitis Nicolai quondam Rodulfi de HONESTIS praedictis vendidit &c.

NUM. CCXIII.

Ex eodem Tabulario.

An. 1513. Aprilis 12.

CAEsenae. Cum sit quod Honesta Matrona Vidua D. Thomasia quondam filia generosi Comitis Mainardi de Honestis de Monte Castello, & Comitis Castri Falcini, & Uxor olim Ser Matthei de Martinellis de Caesena donaverit, & chartam donationis inter vivos fecerit Magnifico Domino Comiti Nicolao quondam faelicis memoriae D. Rodulfi Comitis Falcini de nonnullis bonis &c.

NUM. CCXIV.

Ex Diacepto Episc. Sarsin. pag. 376.

An. 1518. Martii 16.

Nobilis Vir Mainardus quondam Nobilis Viri D. Rodulfi de HONESTIS de Falcino confessus fuit se nomine D. Antoniae eius filiae, & filiorum, & Nepotum ipsius D. Antoniae tenere, & possidere de directo dominio Episcopatus Sarsinae bona &c.

NUM.

NUM. CCXV.

Ex Tabular. Publ. Arimini.

An. 1518. Octobris 1.

ARimini in Contrata S. Mariae in Argumine in domibus haeredum quondam Jacobi Georgii de Exemptis. Magnificus Comes Nicolaus quondam Magnifici Viri Comitis Rodulfi de Honestis Comitis Falcini facit Testamentum. Reliquit quod sui haeredes teneantur celebrare facere omni anno unum Anniversarium pro Anima Ser Johannis Francisci de Martinellis de Caesena juxta tenorem Testamenti dicti Ser Johannis. Item reliquit iure debiti Nobili, & egregiae Mulieri Dominae Johanne eius Uxori, & filiae quondam Jacobi de Exemptis &c. Item iure institutionis Margaritae, Veronicae, & Innocentiae ipsius Testatoris, & dictae D. Johannae suae uxoris filiabus, &c. & illud plus quod placebit dictae D. Johannae, & Magnifico Comiti Johanni Marco eiusdem Testatoris fratri. Haeredes instituit Petrum Mattheum, & Gasparem eius filios.

NUM. CCXVI.

Ex Diacepto Episc. Sarsinae pag. 297.

An. 1521. Octobris 21.

IN Arce Ceulae. Nobilis Vir Johannes Marcus quondam Nobilis Viri Rodulfi de Honestis de Falcino innovatus fuit ab Episcopo Sarsinae, & Comite Bobiensi de duabus ex tribus partibus Castri Falcini, & eius Curtis, & FORTALICII. Quod Castrum situm erat in Comitatu Bobii Dioeces. Sarsin. ab uno latere Curia Castri Ceulae, ab alio Curtis Silvae Piavolae.

NUM. CCXVII.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1524. Aprilis 26.

CAEsenae. Cum Magnificus Comes Nicolaus quondam Comitis Rodulfi de Falcino remansisset debitor Bernardi, Simonis, & Johannis Antonii de Locatellis de Bergamo, &c. & inter ipsos ex una parte, & Magnificam mulierem viduam D. Johannam quondam Jacobi a Salsa de Arimino, & olim Uxorem praedicti Comitis Nicolai, & Matrem, & Tutricem Petri Matthei, & Gasparis fratrum, & filiorum dicti Comitis Nicolai ex altera, &c.

NUM. CCXVIII.

Ex eodem Tabulario.

An. 1525. Aprilis 28.

CAEsenae in Contrata S. Severi. Cum sit quod Comes Johannes Marcus quondam Comitis Rodulfi de Falcino litem habuerit cum D. Antonia filia quondam Comitis Mainardi quondam Comitis Rodulfi, & Julio Caesare filio dictae Antoniae ex D. Johanne Baptista de Monte Taxorum super tertia parte dicti Castri Falcini, & dicta D. Antonia praetenderet dictam tertiam partem sibi deberi, & ex adverso secus praetenderetur; cum inde ortum extiterit Laudum, seu arbitrium per illustrissimum D. Malatestam de Malatestis de Sogliano, & magnificum D. Polidorum de Lunardinis de S. Marino, &c.

NUM. CCXIX.

Ex Diacepto Episc. Sarsin. Num. 1. pag. 382.

An. 1528. Januarii 8.

In Curte Ceulae in Thalamo Cubiculari D. Episcopi. Spectabilis Vir Johannes Baptista quondam Magnifici Matthei de Monaldis de Monte Taxorum constitutus coram R. D. Episcopo Sarsinae confessus fuit, se vice, & nomine Julii Caesaris, Mainardi, & Marci Antonii eius, & D. Antoniae Uxoris suae & filiae quondam Magnifici Comitis Mainardi de Honestis de Falcino, filiorum, tenere, & possidere de iure Emphiteutico dicti Episcopatus Sarsinae tertiam partem Castri Falcini, & iurisdictionis eius pro indiviso cum Magnifico D. Malatesta de Malatestis de Monte Cugurutio, nec non filiis, & haeredibus quondam Magnifici D. Nicolai de Honestis de Falcino, &c.

NUM. CCXX.

Ex Diacepto Episc. Sars. Num. 2. pag. 203.

An. 1528.

Magnificus D. Johannes Baptista de Monaldis de Monte Taxorum, & Julius Caesar, Mainardus, & Marcus Antonius eius filius innovati fuerunt ab Episc. Sarsinae pro se, filiis, & nepotibus tantum ex eo recta linea descendentibus de tertia parte Castri Falcini, & iurisdictionis eiusdem pro indiviso cum haeredibus Magnifici D. Malatestae de Malatestis de Monte Cugurutio, & Magnificis Dominis Nicolao, & Achille de Honestis; Quam tertiam partem aquisivit propter lineam finitam Comitis Mainardi.

NUM. CCXXI.

Ex Tabular. Publ. Arim.

An. 1532. Sepnemb. 11.

Nobiles Adolescentes D. Petrus Mattheus, & D. Gaspar Comites Falcini Sarsin. Dioecesis frater, & filii quondam Nobilis Viri D. Nicolai quondam D. Rodulfi de Honestis Comites Falcini vendiderunt unum Molendinum situm in ...... Castri Casalis Boni Caesenat. Dioeces. in Capella S. Margaritae in fundo PLANI MOLENDINI.

NUM. CCXXII.

Ex eodem Tabulario.

An. 1533. Augusti 19.

ARimini. Nobilis Vir Comes Gaspar quondam Nobilis Viri Comitis Nicolai de Honestis de Falcino Civi, & habitatori Arimini, &c.

NUM. CCXXIII.

Ex Tabular. Castri Longiani Caesen. Dioeces. in Protoc. Num. 307. pag. 87.

An. 1535. Novem. 3.

IN Castro Falcini in Domo Magnifici D. Petri Matthei iuxta domos Venditricis, & Magnifici D. Jo. Baptistae de Monaldis in parte Domini dicti Castri. Magnifica Domina Lucia quondam Magnifici D. Ascanii de Hectoribus de Caesena, & Uxor quondam Magnifici Domini Johannis Marci de Falcino constituit Magnificum Dominum Petrum Mattheum, quondam Magnifici D. Ni-

Nicolai de Honestis in parte Domini dicti Castri Falcini ipsius Dominae Luciae proximiorem attinentem, & consanguineum, &c.

NUM. CCXXIV.

Ex eodem Tabular. Protocol. 306. pag. 21.

An. 1536. Januarii 5.

In Molendino a grano Silvae piaule. Prudens Vir Magnificus D. Petrus Mattheus quondam Nobilis Viri D. Nicolai de HONESTIS DE RAVENNA, & Dominus, & in parte Comes Castri Falcini, reservatis iuribus Ill. D. Leonelli de Carpo Domini Castri Casalisboni dedit Petro quondam Antonii de Fabro de Castro Ceulae Tornaturam unam terrae vineatae sitam in Curte dicti Castri Casalisboni.

NUM. CCXXV.

Ex Tabular. Pub. Caesenae.

An. 1536. Januarii 13.

Arimini. Nobilis Juvenis Gaspar filius, & haeres pro eius rata quondam Nobilis Viri D. Comitis Nicolai de Honestis de Falcino Civis, & habitator Arimini constituit Nobilem Virum Petrum Mattheum eius fratrem, & filium, & haeredem pro eius rata dicti quondam Comitis Nicolai, habitatorem dicti Castri Falcini absentem suum legitimum procuratorem, &c.

NUM.

NUM. CCXXVI.

Ex Tabular. Episc. Sars. = Collettanea &c. pag. 157.

An. 1537.

ILlustrissimus D. Malatesta de Monte Cogurutio confessus est habere tertiam partem Falcini pro indiviso cum Julio Caesare, Marco Antonio de Monaldis, & cum D. Petro Mattheo de Honestis aquisitam titulo emptionis per Magnificum D. Nicolaum eius Patrem a Comite Johanne Marco de HONESTIS, &c.

NUM. CCXXVII.

Ex Tabular. Publ. Arim.

An. 1537. Septemb. 1.

ARimini. Providus Vir Bernardinus quondam Zagarie dedit egregio Viro D. Comiti Petro Mattheo quondam D. Comitis Nicolai de HONESTIS DE RAVENNA, &c.

NUM. CCXXVIII.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1538. Martii 30.

IN Castro Falcino in Domo Comitis Petri Matthei de Honestis. Achilles quondam D. Comitis Johannis Marci de Falcino per se, & suos haeredes vendidit, & permutavit Magnifico D. Comiti Petro Mattheo quondam D. Comitis Nicolai de Honestis de Falcino unam Domum sitam in Castro Falcini iuxta bona dicti Comitis Petri Matthei, & hoc pro una Domo murata in Castro praedicto iuxta bona haeredum Comitis Mainardi de dicto

Ca-

Castro. Insuper cum dictus Achilles sit minor 25. annorum, maior 14., ad hoc Magnifica D. Lucia quondam D. Ascanii de Cesena eius Mater accessit, & fideiussit, &c.

NUM. CCXXIX.

Ex Tabular. Secr. Com. Raven. in Lib. Partium B. pag. 251.

An. 1539. Maii 12.

Congregato Maiori Consilio Inclitae Civitatis Ravennae solemniter decretum fuit, quod annualiter celebretur Festivitas S. Romualdi = nostro Nobilissimo Ravennate progenito dalla illustre Ducal Stirpe de Duci Aunesti, quale quanto fosse preclara, & preexcelsa fra le altre cose degne li Propugnacoli, le Torri, & Porte da detta prosapia nominate, ne sono ancora al presente di manifesto exemplo, &c.

Haec solemnis declaratio tribus ab hinc saeculis emissa, qua generale Ravennae Concilium S. Romualdum esse de Honestia Gente progenitum confirmat, ut id serio asseratur, non levis est momenti. Si addantur Scriptorum Testimonia N. 357. 358. 359. 360. 362. 369. 387. 389. 396. 399. 411. 417. 424. *& praesertim Vincentii Carrarii, & Hieronymi Rubei, qui suos Annales, & Historias, ex Archiviorum certe monumentis condiderunt. Num.* 297. 322. *Si perpendatur auctoritas Desiderii Spretii, qui floruit Saeculo XV. Num.* 288. *& multo magis Benvenuti Imolensis Num.* 287., *cujus locum circa Honestiam S. Romualdi agnationem nullus usque adhuc, quem sciamus, retulit. Si observetur certe S. Romualdum ex Ducum Gente progenitum S. Petro Damiano teste, Honestios autem ipsos fuisse Duces testibus tot monumentis hactenus relatis. Si non parvi ponderis judicentur opiniones Muratorii, Saviolii, aliorumque Num.* 400. 401. 406. 431. *&c., nimirum*

rum Ravennates Duces ex una Gente, & ex uno Gentis Principe ortos esse, quod etiam plures conjecturae significant, quodque forsan plenior cognitio, longiorque Chartarum Ravennatium comparatio clarius etiam olim suadebunt; nullum fere etiam nunc dubium reliquum faciunt, quin, ad Honestiam Gentem S. Romualdum pertinuisse, sit firmissime judicandum.

NUM. CCXXX.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1544. Februarii 8.

CAEsenae. Egregia, & Honesta Mulier D. Veronica quondam Magnifici Comitis Nicolai de Falcino uti haeres ab intestato una cum suis fratribus Honestae, & Egregiae Mulieris D. Johannae eius matris, & filiae quondam Jacobi a Salsa de Arimino elegit suum Procuratorem Magnificum D. Comitem Gasparem quondam praedicti Magnifici Domini Nicolai fratrem dictae Dominae constituentis, &c.

NUM. CCXXXI.

Ex eodem Tabulario.

An. 1544. Junii 19.

CAEsenae. Egregius Vir Dominus Comes Gaspar quondam Domini Nicolai de Falcino, & Egregia Mulier Domina Veronica quondam dicti Comitis Nicolai fecerunt finem Magnifico D. Equiti Aurato D. Sinibaldo quondam Antonii Baldi Nob. Arim. &c.

NUM.

NUM. CCXXXII.

Ex Diacept. Episc. Sars. pag. 306. Num. 7.

An. 1546. Januarii 21.

MAgnificus Dominus Achilles quondam Magnifici Domini Comitis Johannis Marci de Falcino eius proprio nomine solvit Episcopo Sarsinaten. suam annuam pensionem de tertia parte Castri Falcini &c.

NUM. CCXXXIII.

Ex Diacepto Episc. Sars. pag. 210.

An. 1546. Januarii

MAgnificus D. Achilles quondam magnifici Comitis Johannis Marci DE HONESTIS DE RAVENNA innovatus fuit pro se, filiis, & nepotibus de tertia parte Castri Falcini pro indiviso cum haeredibus D. Comitis Petri Matthei, & cum Julio Caesare, & Marco Antonio de Monaldis fratribus, & filiis Magnifici D. Johannis Baptistae Monaldi de Monte Taxorum.

NUM. CCXXXIV.

Ex Tabulario Publ. Caesenae.

An. 1554. Martii 15.

CAesene in Monasterio F. F. S. Dominici. Magnificus Dominus Comes Nicolaus quondam Magnifici D. EQUITIS Petri Matthei DE HONESTIS DE RAVENNA Comitis Castri Falcini, cum ad stipendia Ill. D. Johannis Francisci de Balneo Ducis Equitum laevis armaturae Serenissimi Caroli Imperatoris iturus sit, facit

Testamentum. Haeredem instituit Ill. D. Comitem Johannem Franciscum de Balneo in eius portione in iuribus, & pertinentiis Castri Falcini, quam ipse Testator habet pro indiviso cum aliis D. D. Comitibus. In omnibus autem suis bonis haeredem universalem instituit Mag. Johannem Mariam quondam Astulfi de S. Petro in Balneo, &c.

NUM. CCXXXV.

Ex Tabular. Episc. Sars. in Lib. = Ridotto Feudale = pag. 246.

An. 1567.

In Castro Falcino, in Domo Comitis Nicolai iuxta Plateam, & domum Comitis Achillis. Congregati Homines de Castro Falcini in Domo Illustrissimi D. Comitis Nicolai de Honestis dederunt facultatem Illustrissimo D. Comiti Nicolao de Honestis praesenti pro se, & nomine D. Comitis Achillis de Honestis absentis quaerendi, & investigandi, &c.

NUM. CCXXXVI.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1587. Novemb. 28.

Caesenae. D. Achilles, quondam D. Comitis Johannis Marci de Honestis de Falcino, sive Ravennae constituit suum Procuratorem Ill. D. Comitem Nicolaum quondam Ill. D. Comitis Matthei de Honestis praedictis ad comparendum coram Illmo & R. D. Episcopo Sarsinae ad appellandum, & de nullitate dicendum a quadam asserta declaratione sive devolutione, ut dicitur facta de Castro Falcini, sive eius parte, & reclamandum ad SSmum D. N. PP. Sixtum V. &c.

NUM.

NUM. CCXXXVII.

Ex eodem Tabulario.

An. 1587. Novembr. 29.

CAEsenae. Ill. D. Comes Achilles filius quondam Ill. Comitis Johannis Marci DE HONESTIS DE RAVENNA Comes pro tertia parte Castri Falcini ob sinceram dilectionem quam habet erga Ill. D. Comitem Nicolaum filium quondam Ill. D. Com. Petri Matthei de dictis Honestis & filios dicti Comitis Nicolai, & pro CONSERVATIONE AGNATIONIS SUAE, ET NOBILIS FAMILIAE DE HONESTIS facit eisdem donationem, & cessionem &c.

NUM. CCXXXVIII.

Ex eodem Tabulario.

An. 1588. Martii 4.

CAEsenae. Ill. Domini Comites Nicolaus quondam Ill. D. Comitis Petri Matthei, & Achilles quondam Ill. D. Comitis Johannis Marci DE HONESTIS DE RAVENNA Falcini Domini, & Comites constituerunt suum Procuratorem ad lites, & causas, &c.

NUM. CCXXXIX.

Ex eodem Tabulario.

An. 1588. Martii 16.

CAEsenae. Ill. D. Comes Achilles filius quondam Ill. D. Comitis Johannis Marci de HONESTIS DE RAVENNA Comes Falcini pro tertia parte constituit Procuratorem ad comparendum in Arce Ceulae coram R. D. Episcopo Sarsinae ad dandum solitum Canonem, &c.

NUM. CCXL.

Ex Tabul. Episc. Sars. in Invest. de Malatestis pag. 15.

An. 1590. Septemb. 22.

SExtam partem Castri Falcini Dioeces. Sarsin. pro indiviso cum Dominis Nicolao de Honestis, & Johanne Baptista de Cioninis. Quam Sextam partem dictus Ill. D. Marchio & Comes acquisivit per sententiam latam contra D. Achillem similiter de Honestis, &c.

NUM. CCXLI.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1597. Junii. 7.

CAEsenae. Testamentum comendabilis Mulieris D. Lucianae filiae quondam D. Roberti de Bertuzolis de Caesena, & Uxoris Ill. D. Comitis Achillis de Honestis de Comitibus Falcini. Sepulturam elegit in Ecclesia S. Augustini de Cesena apud Altare S. Mariae Succursus in Arca, ubi quiescebat Corpus Mag. Thadaei de Braschis eius primi Viri. Iure Legati reliquit Ill. D. Comiti Achilli de Honestis de Falcino eius Marito, &c. Haeredem universalem instituit D. Albertum de Salvolinis, &c.

NUM. CCXLII.

Ex libr. Matrimon. Paroc. S. Mariae de Buccaquatuor Caesenae.

An. 1601. April. 23.

MAtrimonium D. Comitis Alexandri de Honestis ex Comitibus Falcini cum D. Francisca filia quondam D. Aguselli de Agusellis.

NUM.

NUM. CCXLIII.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1601. Augusti 10.

CAEsenae. Testamentum Honestae, & Nobilis Mulieris Magnificae Dominae Franciscae filiae quondam D. Aguselli de Agusellis de Caesena, & uxoris Ill. Domini Comitis Alexandri de Honestis de Falcino.

NUM. CCXLIV.

Ex Tabular. Publ. Caesenae.

An. 1602. Aprilis 13.

CAEsenae. Ill. Dominus Comes Nicolaus quondam Ill. D. Comitis Petri Matthei de Honestis Comitis Falcini, nec non Ill. Domina Comitissa Agata de Olivis eius Uxor, cum consensu Ill. D. D. Comitum Dionisii, & Alexandri eorum filiorum maiorum 25. annis, &c.

NUM. CCXLV.

Ex Tabular. Episc. Sars.

An. 1602. Octobr. 17.

Cum sit quod Castrum Falcini soleat per Dominos Episcopos Sarsinae dari in Emphiteusim ad meliorandum, & ad praesens possideatur pro medietate per Illustrissimum Dominum Marchionem Carolum Malatestam, & Illustrissimum Dominum Nicolaum de Honestis, pro indiviso, pro altera vero medietate per D. Comitem Baptistam Cioninum, &c.

NUM. CCXLVI.

Ex Lib. Matrim. S. M. de Buccaquatuor Caes.

An. 1603. Februar. 10.

MAtrimonium inter D. Comitem Alexandrum de Falcino, & D. Camillam filiam D. Caroli Gualaguini.

NUM. CCXLVII.

Ex Diacepto S. Raven. Eccles. Caesenae.

An. 1608. Martii 26.

ILl. D. Comes Alexander quondam Ill. D. Comitis Nicolai de Honestis Civis Caesenae tenet unam petiam terrae &c. olim conductam per Dominam Agatam quondam Petri Olivae, olim Matrem dicti Domini conductoris, &c.

NUM. CCXLVIII.

Ex Lib. Matrim. S. Jo. Evang. Caesenae.

An. 1614. April. 7.

MAtrimonium D. Comitis Alexandri de Honestis de Falcino cum D. Laurentia filia quondam Equitis Francisci Bertuzzoli de Caesena.

NUM. CCXLIX.

Ex Diacepto Canonic. Caesenae. B. pag. 301.

An. 1618. April. 23.

ILl. Vir. Dominus Alexander de Honestis ex Comitibus Falcini innovatus fuit de parte unius Domus emptae, &c. Die 16. Martii 1646. Ill. D. Comes Romualdus Alexander filius solvit debitam pensionem.

NUM.

NUM. CCL.

Ex Libr. Matr. Paroc. Cathed. Caesenae.

An. 1649. April. 26.

MAtrimonium inter Ill. D. Alexandrum Romualdum filium quondam Ill. D. Alexandri de Honestis ex Par. S. Mariae de Buccaquatuor, & Ill. D. Isabettam filiam Excell. D. Caesaris de Beccariis.

NUM. CCLI.

Ex Lib. Matrim. S. Severi.

An. 1673. Decemb. 15.

MAtrimonium inter Ill. D. Camillum de Almericis, & Ill. D. Hortensiam Agatam filiam quondam Ill. Dom. Comitis Alexandri Romualdi de Honestis.

NUM. CCLII.

Ex Lib. Matrim. Cath. Caesenae.

An. 1674. Febr. 19.

MAtrimonium inter Ill. Dom. Comitem Dionisium filium Ill. D. Comitis Romualdi Alexandri de Honestis, & Ill. D. Comitissam Mariam Felicianam filiam quondam Perill. D. Equitis Josephi de Galeffis, &c.

NUM.

NUM. CCLIII.

Ex Lib. Matrim. Par. S. Severi.

An. 1695. Januarii 10.

MAtrimnnium inter Ill. D. Petrum filium D. Ferrantis ex Comitibus de Massa, & Ill. D. Comitissam Elisabettam filiam D. Comitis Dionisii de Onestis.

NUM. CCLIV.

Ex Diacepto Canon. Caesenae.

An. 1698. Maii 28.

ILl. D. Comes Dionisius bonae memoriae Ill. D. Comitis Romualdi Alexandri de Honestis Caesenae Patritius innovatus fuit de tertia parte unius Domus in Contrata S. Severi.

NUM. CCLV.

Ex Lib. Matr. S. Mariae de Buccaquatuor.

An. 1700. Septemb. 7.

MAtrimonium inter Nobilem D. Comitem Paulum filium quondam D. Comitis Romualdi Alexandri de Honestis, & D. Comitissam Fulviam filiam quondam D. Comitis Hieronimi de Arcano, &c.

NUM.

NUM. CCLVI.

Ex Diacepto Canonic. Caesenae.

An. 1731. Novembr. 22.

ILlustrissimi Domini Comites Romualdus Praesbiter, & Archidiaconus, & Hieronimus Dionisius Antonius Comites fratres, & filii bonae memoriae Ill. D. Comitis Pauli de Honestis Nobiles Caesenae innovati fuerunt de una Domo in Contrata S. Severi.

NUM. CCLVII.

Ex Lib. Matrim. Cathed. Caesenae.

An. 1737. April. 23.

MAtrimonium inter D. Comitem Hieronimum de Honestis, & Dominam Comitissam Juliam de Braschis.

NUM. CCLVIII.

Ex Tabulario Secr. Commu. Ravennae in quodam Processu.

An. 1740.

QUatuor Deputati Maioris Consilii Civitatis Ravenne declarant inter alia = La celebre, Nobilissima, e Titolata Famiglia degli Onesti, detta anche de Sassi, e Duchi di questa antica Città di Ravenna, che tra l'altre insigni sue prerogative annovera quella d'aver dato a questa nostra Città, ed al Mondo Cattolico un Santo sì celebre, quale è S. Romualdo fondatore del S. Ordine di Camaldoli = in eodem processu haec etiam habentur = Che questa Nobilissima Famigiia degli Onesti dall'anno del suo Esilio 1297, sino al presente, che siamo del 1739 si sia sempre

P man-

mantenuta da per tutto, se non col natio istesso primiero fasto, con decoro nondimeno conveniente, & onorevole si scorge ne successori, e discendenti di Giovanni fratello di Onesto, che come discendenti da Primogeniti goderono, e possederono Monte Castello, e Falcino, &c. loro Contee, e Signorie, nelle quali si ritirarono i loro Antenati nel tempo del loro esilio, e nell' anno 1507. andarono ad abitare in Rimino, e nell' anno 1616 nella medesima Città di Cesena, dove al presente soggiornano, e a quella furono raccomandati dalla Santità di Paolo II. =

Honestios Caesenates a Ravennatibus Honestiis descendere, non nova, & claris suffulta rationibus est opinio. Ultra publicum indicium quod retulimus, habemus auctoritatem Antoninii Num. 350. *Anonymi Gentis Historici Num.* 365. *P. Collinae Num.* 413., *aliorumque Num.* 319. 341. 387. *eadem Insignia Num.* 351. 364. 365. *idemque gentile Nomen. Indigitatio Honestiorum Caesenatium* = Honestiorum de Ravenna = *qua fere omnes antiquae chartae utuntur Num.* 186. 202. 224. 227. 233. 234. 236. 237. 238. 239. *&c.*; *Bonorum, & Castrorum communio Num.* 106. 112. 124. 130. 131. 141. 142. 159. 161. 171. 186. 187.; *Lites inter utrasque familias Num.* 141. 153. 254. 218.; *Tandem non interrupta, & sat probata Successorum Series ex verissimis monumentis educta, & conformata, Num.* 434. *aliis memoratis argumentis adjecta rem ita evincit, ut plurimis aliis conjecturis undique affluentibus omissis, Honestios Caesenates Honestiorum Ravennatum Ducum Stirpem esse, luce clarius arbitremur.*

NUM. CCLIX.

Ex Lib. Vestit. & Profes. Monial. Pontif. Monasterii S. Catharinae Caesenae.

An. 1759. April. 29.

NObilis Domina Comitissa Fulvia filia Nob. Comitis Hieronimi de Honestis de Cesena induit habitum Monasticum assumendo Nomina D. Benedictae, Romualdae, &c.

NUM. CCLX.

Ex Lib. Matrim. SS. Jo. Evangel. & Severi.

An. 1762. Junii 8.

MAtrimonium inter Nobilem D. Franciscum Alexandrum quondam Nobilis D. Camilli Almerici de Caesena, & Nobilem D. Comitissam Annam Teresam filiam Nob. Comitis Hieronimi de Honestis.

NUM. CCLXI.

Ex Diacepto Canonic. Caesenae.

An. 1770. Junii 4.

NOb. Dom. Canonicus Antonius Maria Lancettus Capit. Caesenae Camerarius in reverentiam, & obsequium Ill. & Rev. D. Johannis Angeli Braschi Thesaurarii SSmi D. N. Papae, ac totius Status Ecclesiae generalis emeritissimi dedit, & ad renovandum concessit Nobilibus Viris Dominis Comitibus Aloysio, Philippo, & Romualdo fratribus & filiis Nobilis Viri D. Comitis Hyeronimi de Honestis Patritii Caesenae in solidum, &c. Sed

 tamen


tamen in effectu cui ex dictis Dominis fratribus pervenerit haereditas laudati Ill. & Rev. D. Thesaurarii, seu familiae Braschi, & illius cognomen assumet, Ortum incorporatum in Cortile Palatii dictae Nobilis Domus Braschii, & unam Domum, &c.

NUM. CCLXII.

Ex Lib. Matrim. SS. Jo. Evang. & Severi Caesenae.

An. 1771. Septemb. 8.

MAtrimonium inter Nobilem D. Joannem filium Nob. D. Advoc. Nicolai Bandi, & Nob. D. Comitissam Mariannam filiam Nob. D. Comitis Hieronimi de Honestis.



SCRI-



SCRIPTORUM TESTIMONIA

DE

GENTE HONESTIA.

NUM. CCLXIII.

Chronic. Tolos. apud Rer. Favent. Scriptor. Cap. XI. pag. 23.

An. *915*.

„ Post multum vero temporis anno videlicet *915*. post Domi-
„ ni Nativitatem *Englarata* filia *Martini Ducis* de Ravenna, qui
„ Ducatum Romaniae a Romano Pontifice habuerat apud Muti-
„ lianum suum honorabile Castrum magnam tenebat Curiam. Con-
„ tigit eo tempore Tigrinum Thusciae Comitem venando quam-
„ dam usque Mutilianam persequi Cervam; audito autem quod
„ ibi tanta esset Domina cum Cerva, quam ceperat ad ipsam
„ devenit, cui profecto in tantum placuit, quod ipso die Matri-
„ monium contraxerint „ &c.

NUM.

NUM. CCLXIV.

An. 1220.

„ Spirensis, ac Metensis Episcopus Cancellarius D. Fride-
„ rici Secundi Regis Apuliae, qui & Fridericus Rogerius diceba-
„ tur, Nepos primi Friderici Imperatoris venit in Civitatem I-
„ molae. Ibi fecit congregari omnes Principes de Romania, ad
„ quam convocationem fuit D. Ubertinus Guidonis de Dusdeo
„ filius, & D. Petrus de Traversaria de Civitate Ravennae, &
„ inter eos pacem composuit in mense Septembri, & instituit,
„ quod Ugolinus de Zuliano de Parma esset Comes de Romania
„ per annos septem de voluntate Regis, & Potestas Ravennae,
„ Cerviae, & Brettonorij per annos duos, & denunciavit, quod
„ idem Comes staret, vel stare faceret aliquos in Girone Castro-
„ carij, & in duabus turribus, donec cognosceretur lis, quae
„ vertebat inter *Rainerium de Ravaldino*, & Comitem Bonifa-
„ cium de Castrocario.

NUM. CCLXV.

An. 1226.

„ Dominus Imperator Fridericus de Apulia rediens, in Civi-
„ tate Ravennae per quinque resedit hebdomadas, ad quem mul-
„ ti de Italia convenerunt Principes, inter quos aderant & nostri
„ Comites, atque Comitatini, destructionem suae Matris super
„ omnia sitientes: Teutonicorum vero, Apulorum, Marchiano-
„ rum, ac Urbinatum ingens adfuit multitudo; Rainerius de Car-
„ pigna, cum sua forcia; *Rainerius de Ravaldino* cum sua forcia;
„ Ariminenses „ &c.

NUM. CCLXVI.

An. 1226.

„ Quibus auditis Faventini, & Caesenates flamma ultrici ju-
„ ridicum habuere triumphum, & apud *Castillionum* de *HONE-*
„ *STO* die Martis cum utroque Populo pernoctaverunt secure „ &c.

NUM.

NUM. CCLXXVII.

Chronic. Cantinelli apud Script. Rer. Faventin. pag. 248.

An. 1275.

„ Eo vero anno, tempore regiminis D. Comitis Manfredi Po-
„ testatis Faventiae fuit Potestas Forlivij D. Vincentius de *AU-*
„ *NESTIS* de Ravenna „ &c.

NUM. CCLXXVIII.

An. 1277.

„ D. *AUNESTUS* de Ravenna, D. Raule de Cesena fue-
„ runt Potestates Faventiae „ &c.

NUM. CCLXXIX.

An. 1278.

„ De mense Septembris D. Bertoldus Comes Romaniae ivit
„ ad Civitatem Ravennae, & fecit concordiam inter intrinsecos,
„ & extrinsecos de Ravenna ita quod die Dominico X. intrante
„ septembri illi qui erant extra Ravennam, scilicet D. Guiliel-
„ mus, qui erat Dominus Domus Traversariorum de Ravenna,
„ D. Guido Rizius de Polenta, D. *Vincentius* filius D. *Honesti* D.
„ *Saladini* cum eorum sequacibus de parte Traversariorum, &
„ D. Vitalis, & Ubaldus de Saxo cum eorum sequacibus de par-
„ te Comitum „ &c.

NUM. CCLXXX.

